



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij Francisci Lamberti Auenionensis

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983


IK


1567


Handwritten text, possibly a title or reference, including the number 137.
Th. 137

Handwritten number 258.
258









IN AMOS,
ABDIAM,
ET IONAM
Prophetas, Commentarij
Francisci Lamberti
Auenionensis.

*Allegorie eiusdem
in Ionam.*

Argentorati apud Iohan. Heruagium.
Anno. M. D. XXV.

AD LOTHORIN. DVCEM

ILLVSTRIS

SIMO PRINCIPI ET DOMINO, D.
Antonio, Dei gratia Calabriae, Lothoringiae, &
Barri Duci, Marchioni Ponti, Comiti Prouin-
ciae & c. Franciscus Lambertus Auenionen-
IESV Christi seruus, Gratia, et pax, &
gaudium uerum in spiritu sancto, &
ternaq; felicitas, à Deo Patre, &
Domino nostro IESV
CHRISTO.



NTE MEN-
sem ferme septi-
mum, & sancto
DEI Episcopo,
nunc glorioso ue-
ritatis Martyre,
Ioanne Castella-
no, adhuc uncto
IESV Christi,
scripsi ad celsitu-
dinem tuam, ut li-

beri dimitterentur, tam idem Sanctus Dei, quam tabellari-
us ille, quem à me literas & libros, ad Christianissimum
Gallie Regem, ac Gallie amicos deferent em, nonnullum
tuo

no principatu captiuum fecerunt. Simul quoq; reddidi fi-
dei meae rationem, paratum me offerēs in Domino, ad re-
spondendum uniuerſis pietatis hoſtib. de ea, ubicunq; mo-
do tuto & libere cuius loqui donaretur. Nimirum abſq;
fructu eſſet, ſi me luporum faucib. exponere n, mox ab eis
ſine ueritatis diſcuſſione uorandum. Mos nanq; regni apo-
ſtatici eſt, d. innare inauditos, ſine Dei uerbo & ueritate.

Creuere interea mala tā graua, & inauditi tumultus,
in toto ſerē Chriſtiano orbe, ut p ioco habeantur, qua prae-
ceſerunt à ſeculis multis, deo ſic æquiſ. iudicante, eo q; 19
ranni ſaeculi huius fruſtra inſamant in uerbū Domini, He-
rodīs ſenſu imētes, ne illo apertius reuelato, corū ſaſt gia
cadant. Eſt quoq; alia hodiernorū tumu'tuū cauſa, q, non
nulli, libertate Chriſti quā predicamus, in malitiæ uelamē-
tū, & carnis occaſionem, in ſuum interitū abutuntur. Vo-
lunt quiduis libere & impune agere, nolūt ſubijci cuipiā,
neq; etiam Magiſtratibus, nec reddere quae debent, ut ſunt
iuſta ueſtigalia, tributa, cenſus, ſeq; interim uenditāt pro
Euangelicis. At Chriſti Euangelium quod docemus, aliud
uult, precipiens, ut omnis anima poteſtatib. ſublimioribus
in Domino ſubdita ſit. Rom. 13. Igitur ſeuente in uerbum
ſanctū mundi ſaſtigio, illudq; extinctū cupiente, ac carnali-
bus eiudē uerbi gloria abutentib. eius miniſterio nobis eſt
inſtantius, ardētiusq; inſiſtendū, quā à principio, maxi-
me, cū ſaſi prophetae, ſuis mendacijs, imō inſanijs, ſimpli-
cium plebecularū atq; etiam clementiſ. Principū animos,
à Dei eloquijs auertant, eosq; ad omnem ſeuitiam et tyrā-

AD LOTHORIN. DVCEM

nidem, contra sanctos, ueritatis scilicet amatores, puocent,
uidelicet id agentes, ut si potest, et eorundem eloquorum,
& illorū qui ea diligunt ac p̄sūtur, memoria in eternum
dispareat. id uero faciunt, q̄ caro sint, & sine Dei spiritu.
Omnis autē caro scēnū, et omnis gloria eius quasi flos agri.
Exiccabitur hoc scēnū, & decidet glorię eius flos, uerbum
autē Domini manet in eternū. Esa. 40. & Psal. 118. Ergo
q̄ uilibet insant homines in uerbū Domini, nō peribit
memoria eius, quamuis aliquādo in tempus eius gloria ab
scōdatur: neq; amatorū eius disperibit memoria, sicut scri-
ptum est: In memoria eterna erit iustus. Psal. 111.

Proinde, uolui sub tuę altitudinis nomine hos nostros
emittere cōmentarios: ut qui nos condēnant, & apud te ac
reliquos principes de nobis obloquūtur, uideāt, q̄ nihil a-
liud docemus, pręter q̄ impolluta eloquia Dei, & eadem
omnino, quę Prophetę et Apostoli sancti, scopū eorundē
quanto simplicius fieri potest, obseruantes. Licebit autem
priusq̄ ad prophetarū enarrationem ueniamus, aliquid ad
monitionis pręmittere, quo illust. D. T. & reliqui Princi-
pes ac Magistratus, qui forsan hoc opus legent, uideāt quā
ratione eos et uiuere & agere oporteat, cū uerbo Domini
ac ministris eius. Porro ex nūc pręuideo, quā in me sint
garruri, Antichristi & Pharisęi multi, q̄ summis Prin-
cipib; uolunt esse à cōsilijs, imo et capita consiliorū, à prę-
dicandōe, à confessionib; Nitimentes, ne suę technę palam
fiant, dicēt: Satis habent consiliorū Principes nostri absq̄
te. Ego permitto illis, ut sint à consilijs & confessionib; ut
uolunt,

uolunt, & quibus uolunt. Tantū dico: Possunt ne interdice
 re, ne uerbū Dei pferat qui mittitur? Et qui mittitur, silēt
 nelicite à uerbo? Mittit autē Dominus, & uere quidē, dum
 animo urget, et impellit spiritu suo: quod quādo sit, et quis
 sit uere missus, ac uocatus ad ipsum uerbum, libello nostro
 De fidelū uocatiōe, apte docuimus ex scriptis Dei. Secun
 dū quæ scio, et uere scio, q̄ etiā ad magnitud. tuā à deo mis=
 sus sum. Et quē admodū Hieremias p̄ Baruch misit uerbū
 domini ad Ioakim regē Iuda, ita & ego ad te, p̄ studium fi
 deliū typographorū, sicut me Deus sepiß. spiritu cōmone
 fecit. Exēplo nanq; p̄scripti tabellarij mei, q̄ in uincula
 fuit cōiectus, didici, q̄ intutum sit, p̄prios mittere tabellari
 os, maxime p̄ negocio Euāgelico. Nā tametsi te audiamus
 natura pijsß. scimus tamē Antichristos eiusmodi esse, ut si
 possēt, ei iā Christū ipsum crucifigerent. Et sicut Aman lu
 deorū hostis crudelitas redūdabat in Assucrū regem man
 suetiß. Nester. 7. ita istorū incōparabilis scuitia, in missß.
 Principes redundat. igitur primum, & te, & un uersos
 Pricipes scire oportet, q̄ totius Ecclesie dei unus est rex,
 Princeps. pastor, & dux. Eze. 34. 37. et Lu. 1. cuius leges in
 tota Ecclesia sunt obseruāde, omnes autē quæ illis nō cōue
 niūt, sunt abijciēde, eo q̄ sint meræ traditiōes & mādata
 hominū, quæ quicūq; obseruāt et docent, sine causa. i. sine
 fructu, deū p̄fitentur. Esa. 29. et Mat. 15. Nā p̄rinde est co
 rā Domino, ac si infideles esēt. Hi autē qui inter fideles Re
 ges. principes, et domini sunt, ipsius summi Principis sunt
 tantū ministri, ut faciāt impleri leges eius, sicut ipse uult,

AD LOTHORIN. DVCEM

nec sibi putent licere, ut aliā quāuis legē ponant, nisi omni ex parte ipsius æterni Principis legib. cōueniat. Vbiq; enim inculcat Dominus: Custodite leges meas: nulli aū inueniuntur: Custodite leges hominū, quin potius damnatur & repellantur qui ea docēt & seruant. Esa. 29 & Matth. 15.

Tū ergo fuerit, o illustriss. Princeps, scire, et toto corde p̄fiteri, te habere sup te Principē, Regē, ac pastore, Dominū ESVM Christū, q̄ potens est, et te, & uniuersos seruare ac p̄dere, opusq; est, ut te illius seruum, ad oues suas, quas sub te habes, pascēdas esse scias. Nam et ipse summus Princeps est, & omnes q̄ sub eo fidelib. p̄sunt, pastores uocātur. Eze. 34. Pascere aū illas debes pascuis uberrimis montiū Israēl. i. uerbo Dei, quo plena est Ecclesia electorū, p̄ mōtes Israēl designata. Eze. 34. 38. & 40. Et quia hec solus efficere nequis, necesse est, ut quæras fideles uerbi Dei ministros, q̄ idē uerbum cōmissos tibi à deo populos simpliciss. doceāt: alioq; erit anima tua p̄ anima cuiuslibet sub tua manu pereūtis. Nonnulli putāt, nihil spectare ad principē, quæ spectant ad animā, quod est falsiss. Nimirū omnes Domini debēt: p̄ cūctis intendere, an ministri uerbi sincere doceāt populum, ut pseudoprophetas depulsis, bonos adsumāt: quod indubie fecit **S. Ezechias**, cū dissipauit excelsa. 4. Reg. 18. & 2. Para. 29. & 30. & pijs. rex Iosias 4. Reg. 23. & 2. Para. 34. & debent in dei lege die ac nocte cū Dauid s̄cto meditari, ut pseudoprophetas agnoscere ualeāt, discantq; timere Dominum: qua ratione dominus præcepit, ut omnes Principes Israēl, legis Deuteronomiū apud se haberent

se haberet deut. 17. **N**ic ita queritur, q̄s ministrorum uerbi
 fidelis est iudicandus, cū etiam Antichristi, p̄ ueritatis adser
 torib. haberi uelint. Sed in p̄mptu est, q̄ is est fidelis, qui i
 p̄sum purius, simplicius, et eo spiritu quo reuelatū est, pro
 nunciat, et q̄ oppositū facit, infidelis est, ideoq̄; ab ipso mi
 nisterio repellendus. Porro ille purius ac syncerius id facit,
 qui sensum et scopum loci cuiuslibet obseruat, et uerba te
 xtus, sicut sonant, enarrat. Sicut sonant, dixi, quantū ad ea
 que figuratiue seu parabolice minime dicuntur, nam quod
 ad alia spectat, sensus in figuris et parabolis inclusus, ger
 manus est, ideoq̄; et docendus, qui à uiro pio, et in scriptu
 ris Dei ex p̄to, ex locorū circūstantia, et aliorū textuum a
 p̄ta cōcordia, facile deprehenditur. Porro tum agnosce
 tur, q̄ ipsum uerbū eodē spiritu quo reuelatū est, enarret,
 cū ipsa enarratio à diuinis literis testimoniū habet. Siquidē
 ipse dei literæ sunt nobis certiss. testimonia diuine uolunta
 tis. Propter quod Psal. 118. et 119. Dei testimonia appellan
 tur. Ideo in quocūq̄; dubio, si querimus habere certitudinē
 ueritatis, et quid iustū, quidue impiū sit, hoc à solis ipsis dei
 testimonijs requirendū est, ut dominus præcipit. Esa. 8. Er
 go nō est regrenda ueritas à scriptis puris ac iudicijs homi
 nū. Neq̄; exigimus, ut q̄sp̄iā nostris scriptis adq̄scat, nisi
 purū et simplex iudiciū celestis scripturæ, p̄ his que scribi
 mus, adferamus: tū enī uolumus, ut nō nobis, sed deo creda
 tur. Et si Parrisiēses, Louā. Colō. aut alij quicūq̄; possēt alle
 gare p̄ his que scribunt, et cōtra nos uel unū tantū ipsius
 scripturæ testimoniū, parati sumus transire in partē eorū.

AD LOTHORIN. DVCEM

Ecce misi tuæ altitudini hos nostros cōmentarios in textum, quartiū, & quintū. 12. Prophetarū. **F**ac, ut qui apud te de me, quasi de hæretico loquūtur, illos p̄spiciant. **S**i uel nūtitulū textū in sacris literis reperiūt, qui faciat cōtra aliqua, tā in ipsis nostris cōmentarijs tibi dicatis, q̄ in alijs a nobis editis, aut deo uolēte adēdis, posita, mox quicquid nō cōuenerit ipsi textui, aperte retractabo. **E**t nō dubites, idē uelle, omnes adsertores ueritatis, quā ob traditiōes hominū plus q̄ ipsam æternā ueritatē receptas, expauescēdo et terribili iudicio deus abscondat, et nūc denuo reuelare dignatus est. **C**uius rei mysteriū latius aperuimus, p̄prio libro, cui titulū p̄misiimus, **D**e causis excacatiōis multorū s̄æulorū: qd̄ mysteriū si p̄spiceret et intelligeret illustris. **D**. T. fieri nō posset, ut nō mox calcato **A**ntichristo, & omnibus quæ ad eū spectāt, & **C**hristo et ueritati eius quā quo purius simpliciusq̄ ualemus annūciamus, toto corde adqueſceres atq; fauces. **S**cio. n. et uere scio, q̄ celsitudo tua, de qua nō raro auditū bonū audiuimus, nepe q̄ sit natura pijs et dono dei māfuetis. ab ipijs **A**ntichristis horatī puocatur, ut desēuiat in sanctos dei, quos hæreticos ipsi hæreticis. uocare nō metuūt, similes **I**udæorū pharisæis ac sacerdotib; q̄ moti inuidia nihil minus de **C**hristo dicebant. **I**ncipiunt iā damnare **P**aulū, **M**osen, **P**rophetas, eo q̄ ex illis testimonia cōtra eos citemus, quæ cæci homines reflexere nequeunt, nisi ueritatem negēt. **E**t in ueritate, si **P**aulus, **P**etrus, **P**ropheta, imò et ipse **C**hristus in carne adhuc conuersaretur, hi primi eſſent qui eos ad tormēta et mortē peterent.

Nome

Nonne quantum eis licet, idem iam faciunt, damnantes in
 nobis scripta & prædicationes eorum, & proinde nos
 ad ignē, gladios, carceres, et quæuis tormenta rapientes?
 Quid aliud dicimus, quàm qd̄ Christus, Apostoli et Pro-
 pheta? Cur ergo nos damnant? Cur uerbum dei extinc-
 cupiunt, quod nunquam efficient? Ab eo enim, ipsi magis
 cōterentur. Quòd si uerbum ipsum nos habere abnegāt,
 cur non id probant? Sed nec pilum quidem unum, ex omni-
 bus Biblijs pro se miseri habēt, unde nos reprobēt. Tātū
 dicunt: damnamus. Sic uisum est magistris nostris. Sic pla-
 cet Principi nostro. Sic decreuit Papa, & consiliū eius.
 Si autem querimus ab eis, ut uerbū dei adferāt, barbarus
 est illis eiusmodi sermo. Nesciūt enim quid Deus, aut uer-
 bum eius sint. Ideo redeunt ad uomitum suum, Papam, de-
 creta eius, consilia hominū, & scripta adducentes. Nō
 ne hæ sunt uoces alienorum? Vbi est uox Christi, quam ex-
 igimus, ab Apostolis et Euangelistis publicata? Nos confi-
 dimus in Deum, quòd sumus ex ouibus Domini **IESV**
Christi, qui **io. 10.** non uult nos audire, sed fugere uoces ali-
 enorum. Currant qui uolunt, post hos lupos rapaces, uul-
 pes, mercenarios, et alienos, nos uolumus currere post do-
 minum **IESVM** Christum pastorem bonum, & unum;
 totius Ecclesie Dei, **Ezē. 34.** & **io. 10.** ac post uoces quas
 locutus est, per seruos suos, Apostolos et Prophetas. Nam
 quid Papa, nisi aduersarius ille calcans legem Dei, ut suā
 statuatur, & quod omnino scilicet Christi, et nec alterius est,
 se pro Ecclesie capite uenditans. Nos credimus in illam
 A 5 solam

AD LOTHORIN. DVCEM

Solam uere sanctam Ecclesiam catholicam, cuius dominus
IESVS Christus caput est. **1. Corin. 11. Eph. 1. et 5. Et Col.**
2. quam ille cum suis omnibus negant. Hanc nos amplecti
mur, ex qua etiam nos esse cōfidimus. Hæc solo Dei uerbo
pascitur, regitur, uiuit, quod Papa cum suis nobis auferre
& suppressere nituntur. Libros quidem biblicos inaura-
tos & deargentatos habent, in decorem et hypocriticos
operimentum, ut olim Pharisæi legem & præcepta, sed
ueritatem eorum nolunt, quod est negare uerbū Dei. **At-**
mirum ubi ueritas scripturæ, uerbi Dei maxime habet ra-
tionem, non papyrus, membrana, et atramentum. **A**duer-
sum impios tantum loquor. **Q**uod si quis dicit, contra me
est hoc uerbum, ipse se nouum faciet. **N**oui ego duos, quos
& nosti, quos si deus auferret è Lothoringia, ingens toti
Pricipatui tuo foret benedictio, eò quod illi præcūctis dei
uerbo aduersetur, & populi tui æternum querant interit-
tum. **E**os ueruntamen nolo in speciem scribere, sed si hæc
legerint, uideant an ad eos spectent. **N**imirum cōtra duos
loquor, qui sub tuā altitudine sunt, qui in Dei uerbum tam
aperte insaniunt, ut nullus sanæ mentis non anīaduertat.
Ego non nominabo eos, quod ipsi se abunde, sua crudeli-
tate & figmentis, indicēt. **D**ominus autem oportune euer-
tet eos, & uniuersos complices eorum, cum impleuerint
malicias suas. **O**mnes enim Ecclesiæ hostes, sicut ab æter-
no præfinit Deus, tempus & potestatem tenebrarum
habent, qua in sanctos desæuiant. **Q**uo tempore impleto,
eos mox nō conteri impossibile est. **O**mnibus nāq; rebus,
Deus

Deus statuit ante secula terminos, qui præteriri non possunt. Etenim in numero, mensura, & pondere, cuncta ab æterno posuit, sicut in tempore fiunt.

Eiusmodi omnes deuitet, & à se pellat, clementia tua, ne eorum inclementia, crudelitas, et incomparabilis seuitia, redundet in te & domum tuam Illustriss. Noli credere mendacijs eorum, qui ut fidelium animos contra nos prouocent, innumera de nobis mētiuntur. Dicūt nos blasphemare beatissimam uirginem Dei matrem, et sanctos, & prædicare quòd satis sit credere, nec opus esse bene operari, non credendum in Ecclesiam catholicam, & id genus multa, quibus opposita ubique docemus, ut in scriptis nostris palam est uidere.

Crede mihi, & credant omnes Principes ac Magistratus terræ, Dominus uindex & zelotes est pro uerbo suo, & horrendā, ut cœpit, manum mittet in contemptores eius. Pro certo sciat omnis terra, quod maxime nostro seculo, fames in multis locis est, et ubiq; bellorū tumultus, in uindictā uerbi Dei, qd' sicut à principio diximus, nonnulli ei contradicāt, et alij eodē i carnis occasione abutantur. Nam hi soli, inter hæc oīa mala, tuti et absq; sui interitus ac salutis disspēdio sūt, q̄ ipsū uerbū i puritate susceperūt. Nam qui eiusmodi sunt, etiam in medio flammarum pacē habent, eo quod mors, sit illis uere quietis initium. Hæc est pax, quæ omnem sensum exuperat. Phil. 4. Sensus enim creatus, non capit, quomodo in mortis medio pax sit, & ideo ipsa pax sensum exuperare dicitur.

Porrò

AD LOTHORIN. DVCEM

Porro, nisi resipiscant, qui tam deserviunt in Ecclesiam Dei, seruari non poterunt. Et cum suas iniquitates cōpleuerint, exterminabūtur. Omnia enī tempus habēt. Interim occidant, mactēt, et perdāt electos, in hac rapina dierum, & ambulent sine fide et ueritate, Dominus respicit et deridet eos quasi uermiculos, qui surgunt contra dominatorem uniuersorum, cum post modicum sint proijciendi, tanquam puluis à facie terræ, & conijciendi in lacum inferni sempiternum.

Sed non ita sit de te, o potentis. Dux, non ita sit de te, sed age quod te decet, & eius cuius uices geris, nēpe Christi summi ducis & principis leges ac mandata in omnibus terris tuis, fac annunciari et custodiri, alioqui peribis. Nō te seducāt Antichristi Prophetæ et ministri, quin potius eos longe fac à te, qui nobilissimam domū tuam, sanguinis innocentum et sanctorum ream facere uolunt. Noli interdicare uerbū Domini populo tuo, ad qd illi te prouocāt, intuā ac subditorū tuorū pernitē. Vidēt enī cæci quod si Dei uerbum prædicatur, de illis actum est, ideo quantum possūt illud abijciūt. Vidi nuper, et adhuc apud me habeo, edictum unū, cuiusdam ex Principibus extra Germaniā positus excusum, & manu propria eiusdem Principis signatum, & à fidelibus ad me transmissum, tam se uē, crudele, immane, ut neq; Nero, neq; Diocletianus olim, crudelius emisserint. Et pro ratione consumatissima, ipsum edictum hoc sermone conclusit. Quia sic nobis uisū est, et sic nobis placet. Non ferendam temeritatem. Vermē istum erexit

erexit **D**eus, ut regeret & pasceret oues suas uerbo suo, & ille contra statuit, **D**eus uerbum contēni, suum autē seruari, q̄ sic ei placet. Placet ita uerbi isti, placet aliud **D**eus, quid obsecro est faciendum? **D**icet forsā qui scribam, non dānauit uerbū domini, sed q̄d ille et alius docēt, friuola est hæc excusatio. **N**ā si ego purū dei sermonē scribo, et oīa que scribo q̄s dānat, nonne ipsum **D**eus sermonē dānat, sic et ille fecit. **T**u autē uide ne ita feceris unquā, et sedē tuā immaculatā serua, per id magis inlustraturus familiā tuā, quā molī fuerit regijs sceptris. **Q**uere populo tuo bonos **E**piscopos, id est, prædicatores synceros, qui omni puritate annūciēt uerbum **D**eus, præter quos dei **E**cclēsia nullos habet. **Q**ui enim in hūc usq; diem, à multis sæculis dicti sūt **E**piscopi, nihil minus quam **E**piscopi sunt, & à nullo scripturæ loco habent auctoritatem.

Ceterū, id iuris est, omnibus ouibus **C**hristi, ut omnium **P**rincipū qui se **C**hristianos profitētur fratres sint, imò et summi regis **C**hristi sunt fratres. **N**ā eos ex fide filios **D**eus et fratres suos, ac **D**eus coheredes fecit. **P**roinde, licet fidelibus uenire ad ipsos eorum fratres **P**rincipes, et dicere: frater, sumus oues **C**hristi, tibi ut seruo suo cōmissæ, petimus & uolumus, ut nobis facias annūciari uerbum eius. **Q**uod si nollet aut cōtradiceret, tota **E**cclēsia fidelū sibi cōmissorum congregari debet, ut definiant, quid de eorū fratre in principatu posito, et aberrante, sit faciendū, ex uerbo dei, non cum gladijs, fustibus et armis. **S**ic et agere debent, cum ad multa dei uerbo contraria nititur. **C**laues enim

AD LOTHORIN. DVCEM

enī Ecclesie tradite sūt. At de his nō nihil infra, libello alle-
goriarū in Ionam, ca. 15. Sciant autem omnes Principes fi-
delium, de his loquor, qui baptismi facti sunt participes,
quod non minus quā quicunq; aliorum, obligantur ad
omnia Dei praecepta implenda, etiam ad ea quae in Euan-
gelio ponuntur, quae ipij Sophistae contra fas, cōsilia esse
dixerūt. Fecerūt nōnulli libros de regimine principū, sed
nunc pro fidelibus alio opus esset. O utinam mihi id dona-
retur, ut facerem. Consulte quoq; fieret, ut etiā omnes ma-
gistratus diuini legibus, magis quā reliquis omnib. uter-
retur. Nam satis superq; esset. Ego opto exterminari, om-
nes leges (de impijs loquor) quae nō nisi ad impietate
& fouenda dissidia faciunt, et solam Dei legem statui, ac
multi duci, fiat fiat. Sed iam tempus est, ut adgrediamur,
quod proposuimus, et legas nō iam epistolam mei pecto-
ris, sed uerbum sempiternū, Dei uiui, quod reuelauit per
seruos suos, Anos, Abdiam, & Ionam, cum nostris enar-
rationibus, quo fieri potuit simplicioribus, sub tuae subli-
mitatis nomine emissis. Grato igitur animo suscipe hoc
pauperis Christi munus, qui ut inam plenius de mysterijs
hic contentis posset edisserere cum Inlustris. Do-tua, ore
ad os. Scio enim quod si diligēter & pio animo haec fueris
meditatus, placebit lectio eorum. Verum ut Diuus Hiero-
nymus ait, habet nescio qd latentis energie uiuae uocis
actus. Gratia Domini nostri IESV Christi, & ueritatis
amor, ac communicatio sancti spiritus, sint cū Inlustris.
D-tua, et cum populo, cui eam praefecit Deus: Amen.

Franci



FRANCI.

SCI LAMBERTI AVENIO.

in Amos Prophetam Prologus.

Nemo sapientum huius seculi, adspernetur huius
dicta pastoris armentarij. Nam qui fecit, ut asi-
na cui insidebat Balaam loqueretur, per os eius quæ
hic sunt scripta, locutus est. Is tam sublimiter de multis pro-
phetavit, ut ipsæ omnino stupor sit. Et ad huius sapientiã col-
lata omnis sapiëntia mundi, nõ nisi sterculus, vilissimũ est. Quippe
quodã teosuerit sapiëntia quæ desursũ est, cœlestis et diuina.

Ad eius conciones et dicta expauescant omnes princi-
pes terræ, et qui tyrannidem amant. Nam eos stilo mi-
rifico, et uiuacissimo reprehendit. Maxime autem surgit
in hostes populi Dei, itidem aduersum pseudoisraëlitas,
id est, hypocritas, atque pseudopphetas. Nullus quippe
est, ex omnium perditorum Synagogis, quem non multa
cũ uehementia arguat spiritus domini, per hunc pastorẽ.

Is quemadmodum Ionas in iudicium incredulorum ex
Israël, missus est ad gentes Assyriorum, nempe ad Ninive
ciuitatem magnam, ita hic armentorum ductor, in iudi-
cijs

P R O L O G V S.

dicium pseudoprophetarum, qui DEO reiecto in Baal & uitulis prophetabant, à pascendis armentis, ad munus prepheticum adsumptus est.

Idcirco, tu quisquis es, qui cupis uere doctus fieri, discce ab hoc sancto DEI, quod uera doctrina à sancto spiritu sit, & ab eo quære omni sollicitudine scientiam ueritatis. ipse quippe est, qui solus omnem docet ueritatē. Iohannis decimosexto. Etenim sic hunc hominem absque literis mox eruditum fecit, ut si contra eum surgant, uniuersi huius sæculi prudentes, & inani Philo-
phiatumidi, mox cadent à latere eius mille & decem millia à dextris suis, uerbis autem eius non adpropinquabunt. Psalmo nona-
gesimo. Ego malo doctrinam hu-
ius pastoris armētarij, quàm
ampullosam sapien-
tiam & sci-
entiam, omnium pseudotheolo-
gorum, Philosophorum &
doctorum huius
mundi.

FINIS PROLOGI.

Fratt.



FRANCISCI LAMBERTI
TI AVENIONENSIS
in AMOS Prophetam
Argumentum.

Qui mirabilis est in omnibus sanctis suis, in Amos pastore armentario uere admirabilis est. Nunc è pastoralibus Thecua uocauit, ad pascendum uerbo sancto suo plebem suam Israël. In eo palam est cernere, quam sit efficax spiritus sanctus, & quam uere & mox doctos efficiat, quos suo lumine dignatus fuerit illustrare. Adhuc quippe erat desertis, pascendisq; animalibus, & tamē confestim fecit è pastore, Prophetam tam mirificum, ut nullus unquam satis enarrarit sermones eius. Quobus nā que primis capitibus, de tribus & quatuor sceleribus, ob quæ præpeditur uera conuersio, multoties agit. Capite tertio arguit ingratos ex Israël, prænunciāns mira efficaciam, aduersum eos æquiss. Dei manum, quam pauci erant eua-suri. Capite quarto, carpit rapacitatem & scuitiam diuitum, ac Idololatriam populi totius, ostendens eorum corda indurata, ceruicemq; duriss. nullis omnino plagis domitam. Capite quinto, deplangit perpetuam Israël captiuitatem, magnalia Dei prædicat, ad resipiscētiā impios

B commones

ARGUMENTVM.

commonefacit, diem Domini inculcat, & quod sit inuincibilis, festiuitates & sacrificia reprobat, & ingentia ubique mysteria permiscet. Capite sexto, superbiam, rapacitatem, diuitiarum fiduciam, tyrannidem, & lasciuas abominatur, inculcans, quod sint propterea euerendi. Capite septimo, tria uidet flagella, et pro duobus reuocandis orat, quod & fit. Obsistit illi Amasias Sacerdos Bethel, dicitq; Amos se esse pastorem armentarium, sed uocatum ad prophetandum. Prophetat deniq; contra ipsum Amasiam, & Israël. Capite octauo, prænunciat in stare finem regni Israël, increpatq; impiorum diuuium studia, & rapacitatem, dicitq; ob id desitutum omne gaudium, quod lucis nomine capit. Demum prophetat de fame & siti uerbi Dei, & proinde uirginum ac adolescentium defectionem. Capite nono, prophetat Iudæa euerfionem, & templum destruendum, adfertq; eos nullibi tutos futuros, quos Deus uult percutere. Prædicat Deum esse, qui pro arbitrio cunctis terras partitur. Dicit Israël non conterendum, ut reliquas nationes. De instaurando quoq; Israël, & sanctæ Ecclesiæ mysterijs, complura in libri conclusionem subiungit.

★
★★★
★



INCIPIIT

AMOS PROPHETA.

CAPVT PRIMVM.

Summarium capituli: Primum describit & Prophetae conditionem, & tempus prophetiae eius. Secundo incipit generaliter prophetare. Tertio, specialiter prophetat aduersum Syriam. Quarto, aduersum Palestinam seu Philisteos. Quinto, aduersum Tyrum. Sexto, aduersum Edom, seu Idumaeam. Septimo, aduersum filios Ammon.

PARS PRIMA.

Verba Amos, qui fuit in pastoralibus Thecue quae uidit super Israel, in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Nieroboam filij Iosias regis Israel, ante duos annos terræmotus.
B z Thecue

Thecue oppidum, sex miliaribus distat à Bethleem, habetq; in proximo ingentem solitudinem, in qua nihil omnino frugum gignitur, sed pascuis uberrimis plena est, & in ea multi pastores sunt, quod sit aptissima alendis pecoribus & armentis. Propter quod uniuersae partes eius, haec maxime in quibus pascua sunt, hic pastoralia adpellantur. In his pastoralibus manebat Amos, non pater Esaiæ, genere Propheta, sed è pastoribus armentarijs unus. Nimirum non erat Propheta, nec filius Prophetae, ut pleriq; cæteri, quod infra cap. 7. cernerelicit. Illum enim uocauit Deus, ut per eum doceret filios Israël, atq; ex opilione seu armentario, fecit ueritatis Prophetam.

In uerba domini, eo reuelate uidit, agnouit, intellexit, super Israël, scilicet aut contra eum, aut pro eo. Paucissimis enim demptis, quæ hoc libro habentur, aut sunt de Israël, aut de persecutoribus eius, ut nulli diligenter prospicienti, non est notum. Prophetauit autem diebus Oziae siue Azariae (Binominis enim fuit) regis Iuda, & Hyeroboam regis Israël, qui pariter regnarunt. Nam ultima tempora regni Hyeroboam, & prima regni Oziae conuenerunt, ut liquet. 4. Reg. 15.

Porro Ozias, regno suo à Domino roborato, superbiuit in interitum suum, & adolere contra fas uoluit incensum, super altare thymiamatis. Propter quod à Domino fuit lepra percussus. 2. Para. 20. Et tum, ut aiunt Hebraei, factus est maximus terræ motus. Videturq; ex hoc loco, quod

q̄. annis duob. saltem per̄ interualla, ipse terræmotus fue-
rit, alioqui nō dixisset, ante duos ānos terræmotus, sed duo
bus annis ante terræmotum. Quòd si quis cōtendat, quòd
sit intelligendum, Amos prophetaſse duobus annis ante i-
pſum terræmotum, illi permittimus, quòd parum ad rem
ſpectet. Nam quicquid dixeris, certum eſt ipſum terræmo-
tum nō ante duos annos à prophetia Amos, finē habuiſſe
et q̄. duobus annis ante eius finem, prophctare exorſus ſit.

De hoc terræmotu dicitur **Zacha. 14.** Et fugietis, ſicut
fugiſtis à facie terræmotus, in diebus **Ozie** regis Iuda. Fu-
it ergo is terræmotus in diebus **Ozie**, uerum quòd iuxta
Hebræorum adſertionem, fuerit mox ab hora, qua ipſe **O-**
zias uoluit adolere incenſum, non eſt certum. Neque an-
xie multum quiſquam pro hac re digladietur, quòd ſue
hoc, aut aliud dixeris, nihil impedit ab intelligentia textus.
Hoc ueruntamen commoneſacio, ne quis Iudæorum ſo-
mnia pro ueritatis teſtimonio adleget. Ego ſcio ex uerbo
Dei, quòd diebus **Ozie** terræmotus fuerit, ſed quòd adci-
derit hoc aut illo anno regni ſui, aut mox ab impio factò,
quo adolere incenſum uoluit, adfirmare non poſſum.

P A R S S E C V N D A.

Et dixit: **DOMINVS** de Sion
rugiet, & de Hieruſalem
dabit uocem
ſuam.

B 3 Verbum

Verbum Dei, cuius rugitus & uox dicitur, rugitus quidem ob dura: uox, ob mitia: rugitus, quod synagoga carnalium terribile: uox, quod fidelibus amabile & gratissimum sit. Porro unde sit ipsum uerbum, patenter indicat, nempe, de Sion & Hierusalem. Idem habes Esaiæ 2. & Michæ. 4. De Sion, inquit, exiit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Ex qua Sion aut Hierosolyma? Nunquid à terrena? Equidem. Nimirum in ea fuit primum uerbum, per Christum & Apostolos nunciatum, sed non permansit. Nam ab ea in omnem terram exiit. Est autem alia Sion, in qua uere speculamur Deum, & Hierosolyma, in qua uera pacis uisio est, & in quam, à terrena exiit ipsum uerbum, & permansit. Hæc est Ecclesia, in qua sic permansit Verbum, ut ab ea sola indefinenter profluat. Est in ea fons ueritatis, spiritus scilicet Dei, irrigans omnes electas Dei plantationes, ut non raro apud Salomonis Cantica tractauimus. Hæc est Sion, & domus Dei, sub cuius limine, aque omnia sanantes egrediuntur. Ezechiëlis quadragesimo septimo. Hæc est sedes Dei & agni, ex qua procedit fluuius aque uiuæ, splendidus tanquam Crystallum. Apocal. 22.

Igitur Sermo Dei egressus est, egredieturque de Sion & Hierusalem, sicut prædiximus, sed id maxime de sermone Euangelico intellexeris. Quod autem ad hunc Amos uersum spectat, **DOMINVS** tametsi ubique semper fuit, & cælum, terramque, ac omnia impleat, quia tamen præ cunctis locis, montem Sion & Hierosolymam
olim

olim elegerat, ut in ea externus sui nominis cultus, ab eo institutus, maxime uigeret (de externo dixi, quod internus semper & ubique esse ualuerit) ideo non raro in scripturis eius domus & habitatio adpellatur. Quia autem qui in Sion & Hierusalem habitare dicebatur, sermones iudiciorum suorum tum impleturus erat, & tyrannorum ac incredulorum superbiam depresso, quasi ex Sion rugitum, & ex Hierusalem uocem daturus erat. Quid autem ad hunc rugitum sequutum fuerit, palam fit ex eo quod subiungitur.

**Et luxerunt speciosa pastorum,
& exiccatus est uertex
Carneli.**

Nonnunquam spiritus sanctus, ministerio quod Prophetae, antequam uocarentur, habuerunt, praenunciat quae facturus sit. Ob id Seruator noster, Apostolis quos e piscatione uocauit, ait: Faciam uos fieri pisces hominum. Et alibi: Ex hoc iam eris homines capiens. Ob id quoque uoluit Deus, ut Amos pastor armentarius, ex his quae congruebant pastorum ministerio, ut est Carneli uertex, ansam susciperet prophetandi, aduersus impios reges ac populos.

Ait ergo: Et luxerunt &c. Praeteritum pro futuro, ob diuini decreti aeternitatem & certitudinem ponitur. Pastores, Principes, & hic, & Ezechielis 34. uocantur, ut scias, quod ad eos spectet, non mactare, rapere, perdere, sed omni sollicitudine pascere populos quibus princi-

B 4 pantur.

pantur. Horum speciosa, nempe ciuitates, palatia, terra, tum luxerunt, cum euerfa sunt. Ceterum exiccatio uerticis Carmeli, montis in quo pascua uberrima sunt, eorum que ad uitam sunt necessaria, defectum significat. Quasi enim in montium uertice pascua non sunt, cum etiam magnis Principibus, qui per montes Michea. & capiuntur, alimenta non sunt, & omnis eorum substantia deuaftatur. Ferunt nonnulli duos esse Carmeli montes, in quorum uno orauit Helias, in alio habitabat Nabal Carmelites, & uterque uberrimus est.

P A R S T E R T I A.

Næc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor, non conuertam eum, eo quod triturauerit in plaustris ferreis Galaad.

Benedictus Dominus, qui luce ueritatis suæ, innumeras insanias eliminauit, & multam pijs animis, ex scripturis sanctis consolationem adfert. Nam ut reliquos præteream, super hoc Amos textu, tam absurda nonnulli commentati sunt, ut etiam docuerint, sentire de Domino, non in bonitate, sed crudelitate, & blasphemias sanctissimi nominis eius, pro impollutis ueritatibus inculcarit. Vnde fiebat, ut ex locis similib. nulla nobis esset consolatio, quin potius desperatio, quæ deum tam crudelem prædicaret. Proinde, obmissis omnibus que ab innumeris hæcenus dicta sunt, ad id genus locorum enarrationem, solo purissimo Dei uerbo

Dei uerbo procedemus. **Leui. 26.** uolens Dominus ostendere grauitatem punitionis, quam in uerbi sui contemtores inflicurus erat, eadem aliquoties septenario numero praesignauit, dicens: Puniam uos septuplum. Eadem ratione hic locus est enarrandus, nempe, quod septenario criminum magnitudo ac multitudo capiatur. Quid enim sunt tria et quatuor, nisi septem? Peccata ergo **Damasci** et sequentium, quasi tria et quatuor, id est, septem fuerunt, dum multis et eisdem grauius criminibus irretiti erant. Videtur autem unum aut duo tantum scelera specialiter scribere, in quibus omnes eorum iniquitates comprehenduntur, haec maxime propter quas indurati sunt. Dicit ergo: Super tribus et quatuor, hoc est, super multis sceleribus **Damasci**, id est **Syriae**, cuius **Damascus** regia ciuitas erat, **Esa. 7. Caput Syriae Damascus**, non conuertam eum, id est, non illustrabo, non erudiam, et meo spiritu neuiquam ad me traham. Sensus est: Deceui immutabiliter, ut non conuertam **Damascum**, ab enormissimis et eisdem tam multis sceleribus, quae admisserunt. Quod maxime est aduersum illos, qui tum in **Syria** et **Damasco** erant, quos in suis sceleribus iudicabat deserendos, et non conuertendos ad resipiscenciam. Nunc autem locum et sequentes, de solis omnium gentium reprobis capies, qui nunquam uere conuertuntur.

Dum audis: Non conuertam, quid aliud esse putas, quam si dixisset? Relinquam eos sibiipsis, non dabo eis spiritum meum, sed eos dimittam in fornicationum spiritu, id est, sensu et iudicio carnis, qui fornicationum spiritus uocatur.

Osee. 4. Spiritus fornicationum decepti eos. **Nic** est sensus
 & spiritus fallax, mendax, durus, cæcus, semper errans à
 uijs Domini, & contra illas nitens. Proinde, qui non con-
 uertuntur ab eodem spiritu & sensu, ad spiritum & sen-
 sum domini, ab eodem excæcari, indurari, & excitari, nō
 raro in arcanis literis dicuntur. Quasi enim hec facit, dū
 iusto suo iudicio, ab his, cum possit, nō liberat, & ad se con-
 uertit, quin potius in spiritum, sensum, uel mentem repro-
 bam tradit, ut de non nullis ait **Paulus. Rom. 1.** Sed qui sic-
 bat, ut illos ab eorum scelerib. nollet cōuertere? Quōd in-
 triuerint in plaustis uel ferris ferreis **Galaad.** **Galaad** rē-
 gio et ciuitas est, in sorte dimidiæ tribus **Manasse**, trans
 Iordanem posita, in qua **Syrii** supra q̄ dici possit, **Israël** fili
 os attriuerunt. **Noc** est, quod de **Azaèle** rege **Syriæ** dicitur.
4. reg. 10. Percussit eos **Azaël** in uniuersis finibus **Israël**, à
 Iordane contra orientalem plagam, omnē terrā **Galaad**, et
Gad, & **Ruben**, et **Manasse.** **Et. 4. Reg. 13.** Iratus est furor
 Domini contra **Israël**, & tradidit eos in manus **Azaëlis**
 regis **Syriæ**, et in manu **Benedar** filij **Azaëlis** cunctis dieb.
Et de ipso **Azaèle**, priusq̄ esset rex **Syriæ**, prophetauit **Ue-**
lisaus, cum à rege **Benadab** missus esset ad illum: nam cum
 uidens, usq; ad uultus suffusionem fleuit, & conturbatus
 est. **Azaëli** aut̄ interroganti quid fletet, respondit: Idcirco
 fleo, q̄ norim mala, quæ factururus es filiis **Israël.** **Vrbes** eo-
 rum munitas igne succendes, & iuuenes eorū gladio peri-
 mes, paruulosq; eorū elides, ac prægnantes diuides. **Quia**
 ergo **Syrii** **Israëlitas**, maxime terræ **Galaad**, tā crudeliss.
 afflixerunt.

adfluxerunt, atq; uastarunt, nunc illos plaustris seu ferris
 ferris triturasse et cōminuisse dicuntur. Nimirū id genus
 locutionib. crudelitas designatur. Nō enim est uerisimile,
 q; iuxta literā, eosdē plaustris ferreis triturarint. Tale est
 quod seruator ait Petro: Satan uos expetiuit, ut haud secus
 atq; triticū cribraret Lu. 22. quē locū apd Luc. enarraui.
 Ex hoc loco & similib. palām fit, q; zelet Dominus p popu
 lo suo i. fidelū Eccl. cuius typū israelitae gesserunt. Ecclē
 sia enī est uera domus israel, et uerū Abrahæ semē. Ro. 9.
 Et mittā ignem in domū Azael, & cōburam
 domos Benedar. Et cōteram uectem Dama
 sci, et disperdam habitatorē de campo idoli,
 & tenentem sceptrum de domo uoluptatis,
 & transferetur populus Syriae Cyrenen.

Prior & eadem grauior punitio fuit, q; cum conuerte
 re noluit, sed immersum in proprijs criminib. in eisdem il
 lū dimisit. Alia, sed non adeo grauis, q; in Azaelis regis Sy
 ria domū. i. cognationem, ignem cuncta absumentē misit.
 Hic ignis, et gladiū, & pestem, et famē, & ignem ad literā
 quib. Syrii uastati fuere, designat: nimirū ignis in scriptu
 ris nō raro p grauiſſ. flagello capitur. Demū combustus, e
 uertit, & penitus destruxit domos seu palatia Benedar fi
 lij Azaelis omnemq; illius substantiā absumpsit. Benadab
 rex Syriae, alius est a Benedar, Benadabenī regnauit ante
 Azaelem, à quo Benedar genitus fuit. Vicio autem scri
 ptorum factum fuit, ut in nonnullis libris, p Benedar, Be
 nadab scripserint, tam hic, quā 4. regum. 13.

Dama=

FRANC. LAMB. IN AMOS

Damasci quoq; id est, Syrorum uectem contriuit, dum illorum robur, quo perinde atq; ostia uectibus, gentes reliquas submouebat, in nihilum redegit. Disperdidit etiam habitatorem, e campo idoli, hoc est, e Damasco & Syria idololatrie dedita, & in plano solo, ut aiunt, sita, & tenentem sceptrum, id est, Regē & Principes Syriae, de uoluptatis domo, scilicet e fastigio, gloria, & diuitijs, in quibus fuerunt. Et translatus est populus Syriae Cyrenem, per Teglatphalassar Regem Assyriorum, qui & occidit Rasim Syriae Regem. Ut habetur. 4. Reg. 17. Durissimum igitur fuit, hoc dei flagellum, contra Syriam, sed non aequum ut primum. Quare? Quod hoc sit externum, illud internum: hoc ad corpus & terrena, illud ad animam spectet. Priore, alieni facti sunt, ab inuisibilibus, diuinis, & celestibus: posteriore uero a nonnullis uisibilibus tantum. Postremum sine primo, amantis uirga est, et electis sepius a deo immittitur. Quid enim officit, pie mentis, et ad deum conuersae, quod brachium & robur carnis, cui non fident, conteritur? Ceterum primum, presente uel absente postremo, mors, et dei adirati expauescenda maledictio est. Verum si non absit postremum, grauior est ipsa maledictio. Nam ubi carnalium mens, non sentit manum domini, id est, aduersa, se innocentem putat, quod caeca sit, & ob id profundius indies induratur. Non nihil autem ad mentem reuocat ipsa tribulatio, tametsi id cum fructu, et uere absq; dei spiritu nunquam facit, quin potius sine illo, in abyssum desperationis inducit. Beatus est, que in deus
ad se

ad se conuertit. **Maledictus** uero, qui sic non conuertitur. **Conuerte** nos domine ad te, & mox uere conuertemur, ne dispareamus, sed seruemur & glorificemus nomen tuum in secula.

P A R S Q V R R T A.

Hæc dicit dominus **Deus**: Super tribus sceleribus **Gazæ** & super quatuor, nō conuertam eum, eo quod transtulerint captiuitatem perfectam, ut concluderent eam in Idumæa.

Gaza est regia Philisteorum ciuitas, idcirco per eā Philistei capiuntur. **Hi** proinde non fuerunt domino cōuersi, sed in suis iniquitatibus derelicti, quod integram Israël captiuitatem, in Idumæa concluderint. **Quidam** putant hoc intelligendum, de his quæ Philistei fecerunt filiis Israël fugientibus, posteaquam ductæ fuerent decem tribus in **Assyrios**, sed si tempus prophetiæ uideatur, quod nō possit ita intelligi, mox agnosceatur. **Ali-**ter ergo capietur, nempe, quod dum ab hostibus filij Israël male tractarentur, nonnulli fugiebant, & ipsi Philistei, rapiabant quotquot poterant ex populo Israël, & eos uendebant **Idumæis** in seruos et ancillas, sicq; eos qui fugerant, ne ab alijs captiuarentur, apud Idumeos captiuos faciebant, quod erat perficere captiuitatem, & concludere illos, quorum potius tum misereri oportuit. **Ob id**
Deus

Deus misericors & iustus, qui omnem malignitatem & crudelitatem, summe abominatur, dicit se non conuersurum illos, à grauissimis & eisdem multis sceleribus, quæ per tria & quatuor intelligit. Super enim, hoc loco, pro à, uel ab, aut de præpositionibus capitur. Sic & Hieremias. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super, id est, à malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Et paulo post. Pœnitentiã agam super bono, hoc est à bono. igitur nõ conuerti super sceleribus, est ab eisdẽ nõ respicere. Plagam crudelissimam, nõ conuerti à criminibus suis, quod nõ est aliud, quàm indurari & execrari, ac in tentationẽ induci. Hec est plaga, qua primum reprobos damnat, ne conuersi salui fiant. Abyssus impenetrabilis iudicia tua domine.

Obserua, quod tametsi, ut liquet Roma. s. indurationis aliquorum speciales causas, nullus hominum assignare possit (de specialibus diximus, quod Dei inuariabile decretum omnium generalem causam esse, sit certissimum) Deus tamen ipse qui iudiciorum suorum causas intelligit, in hoc Propheta, speciales quorundam gentium causas paucis ostendit.

Nam primum Damascum, id est, Syriam, cuius Metropolis erat Damascus, à suis criminibus se non conuertisse, ideoque indurasse ait, quod in Dei populum, qui erat in terra Galaad crudelissime descuerit, ut scias quod odium Ecclesie dei, & ueritatis, multis est causa quod à domino relinquuntur.

Secundo

Secundo, Philisteos deseruit, quod ad afflictorum ex Israel non fuerint miserti, quinpotius eisdem addidere afflictionem, obliti omnis humani adfectus ac miserationis.

Tertio, pari ratione indurata fuit Tyrus, qua & Philistea, nempe, quod miserti non fuerint ad afflictorum. Ad dicitur quoque alia, quod non sint recordati foederis fratrum. Quod quemadmodum ad capi debeat, paulo post uidebimus.

Quarto, indurauit & non conuertit Edom ob perpetuas inimicitias, ut agnoscas, odium pietati ac charitati summe obponi.

Quinto, non traxit ad se, sed deseruit filios Amon, ob auaritiam, crudelitati iunctam, quae nullatenus conuenire possunt cum gratia Dei.

Sexto, non fuit conuersus sed induratus Moab, ob inimicitias & odium, etiam in mortuos. Nam incendit ossa Regis Idumae &c.

Septimo, Iuda non conuersus, sed induratus fuit, ob diuinae legis contemptum, & ueri dei cultus abiectionem.

Octauo, Israel induratus fuit, ob crudelitatem in proximos, idololatriam, ac quod soli carni & sanguini haeserit, quod infra clarius erit.

Adhortor autem lectorem in domino, ut omnino nihil dubitet, has fuisse speciales causas, propter quas isti indurati sunt, & tamen non putet propterea se capere, quomodo uere sint causae. Scimus enim, quod nihil eorum propter quae indurati fuerunt, perpetrasset, si dominus eos suo spiritu

ritu

ritu efficaciter retinere uoluisset. Hoc spectat ad inaccessibilem dei iudiciorum abyssum, & diuinae maiestatis scrutationem, in quam irrumpentes, opprimuntur. Credamus ergo praescriptas gentes, perinde ut dei scripta habent, fuisse excacatas, & iustissime quidem, etiam si modum percipere non ualeamus, oremusq; domini misericordiam, ut donet nobis spiritum suum, quo haec eadem toto corde uitemus, hoc est, non in hypocrisi & mendacio, sed in re et ueritate. Oremus quoq; ut si in aliquod istorum decidimus, non propterea nos reprobet à pueris suis.

Et mittam ignem in murum Gaze, & deuo-
rabit aedes eius, & disperdam habitatorem
de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalo-
ne, & conuertam manum meam super Acha-
ron, & peribunt reliquiae Philistinorum, di-
cit Dominus Deus.

Prior Philistinorum punitio, est induratio: secunda, est eorum externa euersio, quae hic praedicta fuit. Specia- liter autem agit de quatuor insignium urbium Philisteo- rum destructione. Nam & igne & potissimo hostium im- petu, Gaze murus, & palatium atq; domus, absumpta & uastata fuere, Azotus, Ascalo et Acharon, deo iudicante desolata sunt, iuxta uerbum domini.

Adiicit autem reliquias Philisteorum interituras, qui passim inculcat Israelis reliquias fore saluandas. Nimirum quemadmodum Israel Ecclesiae sanctorum, ita Philistei & aliae gentes Israel aduersae, Ecclesiae reproborum typum
g runt.

COMMENTAR. CAPVT I. 17

gerunt. Propriissime autem solæ ex Israël reliquæ, cum
ceteris aliarum gentium electis ad dei Ecclesiam spectat,
& his saluos non fieri impossibile est, Philisteorum aut
reliquæ ac reliquarum gentium reprobi, ad diaboli Syna
gogam pertinent, & hi nullatenus salui fieri possunt.

PARS QUINTA.

Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus
Tyri, & super quatuor, nõ conuertam eum,
eo quod concluderunt captiuitatem perfe-
ctam in Idumea, & non sint recordati fœde-
ris fratrum. Et mittam ignem in murũ Ty-
ri, & deuorabit ædes eius.

Inculcatur passim, deum ista dixisse, ut nemo dubita-
ret ea implenda, quod fieri nunquam possit, ut sermo-
nes Dei, qui ueritas est, & mentiri non potest, oportet
ne ne utiquam impleantur.

Sermo ergo domini est aduersum Tyrum, quod non
sit conuertenda, sed deserenda in suis tribus & quatuor,
id est, grauissimis, & eisdem multis sceleribus, donec &
igne & grauissimo bello absumatur atq; uastetur.

Cause duæ sunt: Prima, quod sicut prædiximus de
Philisteis, Israelitas fugientes, ne captiui ad hostes duce-
rentur, ipsis fauentes hostibus rapiebant, & uendebant
Idumeis, in seruos & ancillas, aut alioqui eos tradebant
C in manus

FRANC. LAMB. IN AMOS

in manus illorum, scientes, q̄ perpetuo odio ipsos **I**sraēlitas odirent. Sciebant aut̄, quod à duobus fratrib. descenderent, proinde eos magis ad concordiam & amorem reuocare debuerant, sed ut maligni erant, magis fouebant inimicitias inter eos, nec recordabatur foederis fratrum, quod scilicet inter hos germanos populos esse debuit.

Quidam uolunt, id quod hic ponitur: **E**t non recordabantur foederis fratrum, de **S**olomone & **H**iram rege **T**yr̄i capiendum, quod ad inuicem amicissimi fuerint, & foedus pariter interint. 3. Reg. 5. Ipse quoq; **H**iram, **S**olomonem fratrem uocauit. 3. Reg. 9. Huius, inquit, foederis, eos memores esse oportuit, cuius dum obliuisci, indurati sunt, tandemq; euerſi. Non abijcio hanc enarrationem, sed prior magis adridet, & magis congruere uidetur: qđ si quis de utroq; foedere hæc cap̄eda putat, nō abnuimus.

Obserua, quod sicut de **P**hilistæis supra diximus, & nunc idem adserimus de **T**yr̄ijs, id quod dicitur, eos cōclusisse captiuitatem perfectam in **I**dumæa, nō intelligi, quod captiuos fecerint apud **I**dumæos, fugientes, ne captiui in **A**ssyrios ducerentur. Nam **A**mos fuit sub **H**ieroboam, filio **I**oas, & eius diebus hæc prophetauit. Tum autem **I**sraēl nondum erat in **A**ssyrios translatus. Proinde esse non potuit, ut ante hanc **A**mos prophetiam, **T**yr̄ij, aut **P**hilistæi, filios **I**sraēl fugientes, ne cum alijs transferrentur in **A**ssyrios, caperent, & traderent **I**dumæis. De alia ergo **I**sraēlitarum tribulatione capitur, nempe quod id de illis facerent, cum illorum aduersarij eos rapere & perdere undequaq;

COMMENTAR. CAPVT I. 19

unde quaque uolebant, aut cum ob alia aduersa fugiebant ad eos. Propter quod & murum, & aedes Tyri, igne absumenda atq; uastanda praedixit.

P A R S S E X T A.

Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Edom, & super quat uor, non conuertam eum, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & uiolauerit misericordiam eius, & tenuerit ultra furorem suum, et indignatione suam seruauerit; usq; in finem. Et mittam ignem in Theman, & deuorabit aedes Bosrae.

Hoc est uerbum Domini, aduersum Edom, siue Idumaeam, aut montem Scir, uel semen Esau, uidelicet quod ob perpetuas inimicitias aduersum Israel, eos non foret conuersurus, sed induraturus, donec mitteret ignem in Theman, regiam urbem Edom, & uastaret Bosrae domos atq; palatia, per quas duas urbes, totius regni Edom uastatio intelligitur. Siquidem Ezech. 35. & in Abdia, ac alijs complurib. locis, ob eandem causam, nepe ob effrenatum, & eundem quidem perpetuum in filios Israel furorem uastandi praedicantur, nimirum imitati Esau patris eorum iniquitatem, persecuti sunt in gladio fratrem

FRANC. LAMB. IN AMOS

trē suū in Israël, & trā usq; in finem seruauerunt, fra-
tres dicuntur Edom et Israël, q; a duob; fratrib; geniti esse.

Porrò è cunctis Israël'is hostibus, Idumaei, præ ceteris,
Antichristorū & pseudocredentium typum gerunt. Nā
alij potius, apertos Christiani nominis aduersarios figu-
rant. Illi igitur Idumaei, id est, hypocritæ, credentium fra-
tres ac Ecclesie sancte filios se esse adserunt, dum pro fide
libus à cunctis haberi uolunt, & ipsos fratres suos, gladio,
igne, exilio, rerum spoliatione, et omnigeno opprobrio at-
que tormento, perdere, et quicquid ad eos spectat, uastare
nituntur. Perpetuæ quoq; iracundiæ scelus, in sanctos reti-
nent, & illos, in finem usq; odio habent, q; nunquam fieri
possit, ut donec in hypocrisi uiuunt, eos uerā dilectione cō-
plectantur. Ni filij sunt mendacij ac tenebrarum, illi uero
filij ueritatis ac lucis, ideo oppositi sunt adfectus eorum.

Sed quid tandem fieri necesse est? Mittitur ignis diui-
næ indignationis omnia uorans, in urbes, & totum regnū
eorum, ut nihil non absumat. Nimirum tempore à deo an-
te secula præfinito adueniente, execrabilem pseudocreden-
tium, id est, hypocritarum uel Antichristorum Synagogā,
& perditissimam factionem, ac Baby'onem confusissimā,
disperire ac deficere necesse est. Veb Idumæis istis, sancti
Israël hostibus aduersariis, quoniam aduersum eos, pro
ueris Israëlitis uindictam non fieri, impossibile est.

P A R S S E P T I M A .

Hec

Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Amon, & super quatuor, non conuertam eum, eo quod dissecuerit prægnantes Galaad, ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro Rabbath (nō nulli scribunt Rabbæ) & deuorabit ædes eius, in ululatu, in die belli, & in turbine, in die commotionis. Et erit rex eorum in captiuitatem, ipse, & Principes eius simul, dicit Dominus.

Amon, filius minoris filie Loth, pater est Amonitarum. Gen. 19. Nī filijs Israhel uehementer infestati quando fuerunt. Adceperant etenim à Deo terram Gigantum, uocatorum Tōmin, ut patet Deuter. 2. Nimirum eos deleuit à facie eorum, propter Loth, à quo descenderant. Licet enim uidere eodem loco, quam mirifice Deus omnia partiatur quibus uult, auferens terras à populis nonnullis, & easdem alijs tribuens. igitur ablatis populis Tōmin, eorum terram Ammonitis in possessione dedit. Videm Chananeorum terras filijs Israhel tribuit. At filij Ammon, non contenti proprijs terminis, filiorum Israhel hereditatem, maxime terram Galaad, multa crudelitate inuasertunt, ita, ut etiam prægnantes tum diuiserint, cogitantes hac ratione proprios terminos dilatare, & ipsam terram Galaad possidere.

Propterea à Domino in suis criminibus dimissi, & ab eis minime auersi fuerunt, quin potius indurati & excecati,

FRANC. LAMB. IN AMOS

donec tempore præfinito, igne, gladio, ac grauisimis belli tumultibus, **Rabbath**, prima regni eorum urbs, per quam & regnum ipsum intelligitur, Deo æquissime iudicante, uastata fuit. Tum **Melchon** (quod nonnulli codices habent, id est, rex eorum, in captiuitatem ductus fuit, & simul cum eo **Principes** eius.

Facit admodum hic locus, aduersum eos, quibus non satis sunt, quæ à Deo adceperunt, sed aliena. aut ut, aut malis artibus suis, deprædant, & subripere nituntur, itidem contra eos qui simplices in Deum credentes diuexare & seducere non cessant. Nimirum Ammonitæ seductorum figuram habent, quod odio semper habuerint filios Israël, & illorum rex, foedus cum eis ferire noluerit, nisi prius euerfis eorum oculis dextris. 1. Reg. 11. Sic falsi prophetae & seductores, odiunt semper fidelium simplicitatem, & ad id nunquam non adnituntur, ut illis deludant, auferantque oculos, maxime dextros, hoc est, sinceram ueritatis cognitionem.

Obserua, tam pro præscriptis domini iudicijs, quam pro his quæ sequuntur, quod ubi aliquid non aperte monstratur ex sermonibus Dei, quando scilicet, & à quibus omnia eius modi iudicia sint adimpleta, non est anxie requirendum. Sufficit enim credentibus, quod ea impleta esse non dubitent. Nimum enim pro id genus dubijs torqueri, nihil utilitatis adfert, quin potius mentem curiosam, & instabilem facit. Ea quippe sola dubia sunt anxie & diligentissime inuestiganda, quorum ignorantia facit, ut textum nemo capere possit: quod & nos pro uiribus seruauius. Capit

Capitis summarium. Primo, aduersum Moab Dei uerbum annunciat. Secundo, aduersum Iuda, hoc est, regnum duarum tribuum. Terio, aduersum Israel, hoc est, regnū decem tribuum, in quo multa in signia passim reperies.

PARS PRIMA.

HAec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor, non conuertam eum, eo quod incenderit ossa regis Idumææ, usque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth. Et morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ, & disperdam iudicem de medio eius, & omnes Principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus.

Moab filius Loth, quem sibi peperit filia eius maior, Moabitarum pater fuit Genes 19. Ni cuiusdam regis Idumææ ossa, usque in cineres incenderunt. Nescitur autem, quis fuerit hic rex. Nonnulli putant eum esse, qui cum regibus Iuda & Israel, fuit in prælio aduersum Moabitas 4. regum 3. Adferunt enim quod Mesa rex Moabitarum, contra quem tum præliati sunt, & irrumperere uoluit in regem Edom, & non potuit, alio tempore prælians aduersum Idumæos, uicit eos, & præ
C 4 indignatione

FRANC. LAMB. IN AMOS

indignatione ipsius regis Edom tum defuncti, ossa exhumavit, atque combussit. Rabbi Salomon, & alij, aliud quiddam sentiunt. Verum pro eiusmodi sic digladiari, inutile est. Sufficit quippe nobis, id certum esse, quod unius Idumeorum regis ossa, quicumque ille fuerit, a Moabuis, in cineres usque combusta fuerit.

Proinde, a suis tribus & quatuor, id est, multis & eisdem enormissimis sceleribus, neutiquam fuerit conuersi, sed in eis, Deo aequis iudicante, dimissi & indurati, donec igne & gladio, ac belli grauis impetu, eueri fuerit. Maxime autem incensa & euerfa fuit eorum præclara urbs, nomine Carioth, & simul omnes iudices, & sapientes, ac Principes eorum disperdendos & occidendos prædixit.

Obserua, quàm odiat Deus crudelitatem, et uindictam in mortuos, qui ab hominum iudicio prorsus ablati sunt, et ad solum Deum illorum iudicium spectat. Per id reprobat Antichristorum perfidia, & horrenda crudelitas, qui Prophetarum Dei, etiam dudum sepulcorum ossa extumulant, & ignibus absumunt. Idem faciunt regni sui tyranni, id est, falsi Episcopi, qui damnant et iudicant, ut uolunt, de his, quos dum uiuerent, sua mendaci & execrabili excommunicatione diuexarunt. Hi sunt, qui surdis, id est, his qui non audiunt, contra Dei iussione maledicunt. Non maledices, inquit, surdo. Facit quoque hic locus contra abominabiles indulgentias regni filij perditionis, quibus se adserunt aliquid posse in defunctos, qui solo Dei iudicio reseruantur.

Audiat, audiat, fornicaria illa et purpurata Babylon,

CUM

cum bestia illa coccinea, cui insidet. Si tam durum iudici-
factum est contra Moabitas, ob incensa defuncti ossa,
quid fiet aduersum eos, qui etiam Dei leges, ac omnes Pro-
phetas & amatores eius, calcant, suffocant, persequun-
tur, imò etiam ipsum Dominum **I E S V M** Christum,
quem sibi ipsi rursus crucifigunt? Propterea non con-
uertuntur à Domino, sed indurati dimittuntur. Veniet au-
tem seu summus eius indignationis ignis, & deuorabit eos,
& suam **Carioth**, id est, **Babylonem**. Morientur quoque
in sonitu & clangore tubæ, eloquiorum Dei, & disper-
dentur Principes & sapientes eorum, quòd omnis eorum
altiludo & sapientia à Satana sit. Scriptum est autem:
Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam pruden-
tium reprobabo. **Esa. 29.** & **i. Corinth. 1.**

P A R S S E C V N D A.

Næc dicit Dominus: Super tribus sceleribus
Iuda, et super quatuor, non conuertam eum,
eo quòd abiecerit legem Domini, & manda-
ta eius non custodierit. Deceperunt enim
eos mendacia sua, post quæ abierant pa-
tres eorum. Et mitram ignem
in Iudam, & deuorabit
ædes **Nieru-**
salem.

C 9 Iudas

FRANC. LAMB. IN AMOS

Iudas, de legis dei transgressione, præ cunctis reprehēditur, eo quòd uerbum, etiam præ cæteris, plenius adceperit. Siquidem ingratitude, scelerum grauitatem auget. Mendacijs autem proprijs seducti fuerunt, ita ut Dei ueritatem spernerent, à qua nihil tam abducit, sicut ipsa mendacta nostra, id est, quæcunq; sine Dei uerbo cogitamus et facimus: nimirum impossibile est, ut quisquam Dei uerbo, simul & ipsis mendacijs, hæreat.

Adhærentes ergo mēdacio, abiecerunt legem Domini, & mandata eius non custodierunt. Propterea à suis criminibus non fuerunt conuersi, sed in eis dimissi, ut satiarentur mendacio, qui ueritatem noluerunt. Elegerunt maledictionem, & uenit eis: et noluerunt benedictionem, idcirco ab illis longè facta est. Et uastatus est Iudas, & Hierosolyma igne Deus consumpsit, per Nabuchodonosor. 4. Reg. ultimo. 2. Paral. ultimo, & Hieremias etiam ultimo.

Hic locus maxime facit, aduersum diuinæ ueritatis contemptores, eos præsertim, qui ipsam ueritatem abijciunt, et nihilominus interim pro Dei populo haberi uolunt. Dicunt se Iudeos, id est, electam Dei gentem esse, cum in ueritate nihil minus sint, quinpotius sunt ipsissima Satana synagoga. Sed quod est eorum iudicium à Domino? Dimittuntur in suorum criminum profundo, duri, cæci, miseri, Domino execrabiles, non habentes sortem inter sanctos, & ignis diuinæ indignationis, illos oportuno & præfinito tempore deuorabit.

P A R S T E R T I A .

Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor, non cōuertam eum, pro eo quòd uendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calciamentis.

A suis criminibus tribus & quatuor, id est, plurimis & grauisimis, non fuit cōuersus Israël, sed in eis dimissus. Incepit enim à primo corū rege **Ni**eroboam filio **N**abath, cuius abominationes, nempe, uitulorum, & aliorum Idolorum cultum seruauit, donec euersus est, in **A**syriosq; translatus. 4. reg. .17. Porro huius indurationis causas aliquot recenset. Primam, eo quòd uendiderit iustum pro pecunia. Putant nonnulli, iustum hic pro **C**hristo accipi, q; sit iustus noster, sed neutiquam hoc putarim, imò neq; sic intelligi potest, quòd sit hæc prophetia aduersum regnum decem tribuum, à quo non fuit **C**hristus uenditus. Nam in regno duarum tribuum fuit ipsa uenditio. Deniq; propter hanc uenditionem, & alia quæ sequuntur, prænunciata fuit uastatio eiusdem regni, ergo illa præcessit, causa eius, scilicet ipsa uenditio. Ergo de uenditione **C**HRISTI minime capitur.

Ut palam fiat hic locus, obserua, quòd uenditio sæpius pro circumuentione capitur. Vnde & apud uulgum aliquando dicitur: iste uendidit eum, id est, seduxit. Ergo qui circumuenit ac seducit, quasi eum quem seducit, uendit. Eiusmodi complures fuerunt in Israël, falsi Prophetæ, & repro=
bi Princi =

bi principes, populum mira calliditate circumuenientes, ac seducētes. Ex his unus erat **H**iero-boam filius **N**abath, qui peccare fecit **I**srael. 3. Reg. 12. & uniuersi **R**eges ac **P**rincipes, qui eius impietatem imitati sunt. Ex his quoq; fuere uniuersi sacerdotes & propheta **B**aal, excelsorum, utulorum aureorum, & reliquorum idolorum.

Et hi omnes uendebant in **I**srael iustum et pauperem, hoc est, simplicem domini populum, quem iustum pura in deum fide, esse oportuit, & nolentes ad quiete, adsi-gebant ac trucidabant, ut est uidere in 3. & 4. Regum, atq; Prophetis, faciebant autem hæc, pro argento & cal- ciamētis, hoc est, pro re uilissima, si cum his quos conue- niebant, conferatur.

Hiero-boam enim factus rex **I**srael, excogitauit con- silium pessimum, ut liquet 3. Reg. 12. dicens in corde suo. Si populus ierit **H**ieroso'ymam, ad adorandum in tem- plum domini, deseret me, et reuertetur ad domum **D**auid regnum meum, & occidet me, aut miser ero, deiectus à gloria regni, in qua nunc sum. Proinde aureos utulos in- stituit, & posuit unum in **B**ethel alterum in **D**an. Consti- tuit quoq; prophetas et sacerdotes, qui docerent populum hoc **H**iero-boam figmentum, esse à domino institutum. **Q**ui uidentes, hoc illis fore medium, quo sibi multam hu- ius mundi substantiam congregarent, persuaserunt popu- lis, **D**eum ita uelle coli, in dictis locis corā utulis aureis, sicut **H**ieroso'ymis, coram archa foederis. **E**t ecce pro re- gni propterea reuēte gloria, ac pro diuitijs, et cæteris caducis

rebus

rebus seculi huius, preciosissimas animas circunueniebant
 & uenundabant, ut facerent malum & abominationem
 coram Domino. Etenim quod in textu ponitur, pro calci-
 amentis, pro re modici ualoris ponitur. **V**ilia enim sunt
 omnia terrena, respectu animarum: itidem: **M**ulti eorum
 tam floccipensiebant animas & uerum Dei cultum, ut eti-
 am pro minimis quibuscunque, populum à Deo auerie-
 rent. **N**isi sunt, de quibus **Ezech. 13.** **V**iolabant me ad po-
 pulum meum, propter pugillum hordei & fragmentum
 panis, ut interficerent animas, que non moriuntur, & ui-
 uificarent animas, que non uiuunt, mentientes populo
 meo, credenti mendacis. **V**ltimo loco, anima carnales si-
 gnificat, eo quod animales sint: significat itidem corpus,
 eo quod sit animale. **P**riore autem loco significat spiritua-
 les ac spiritum hominis.

Eiusmodi fuit, heu, seculis multis totum filij perditu-
 rum, in quo absq; numero misellos sacrifices reperies,
 qui mallent obolos al quot, aut calciamenta, aut pugillum
 hordei, aut tortam panis, aut prandium unum, aut alia id
 genus, quam seruire animas mille, qui pro minimo ha-
 bent, gregem Domini perdere, modo aut saltem tantillu
 quiddam lucris adcedit, quo in suis scortationib; & im-
 munditijs uictitent. **N**isi sunt impij homines, qui in hunc
 usq; diem uendunt iustum pro argento, & pauperem pro
 calciamentis.

Sana est prescripta huius loci enarratio, uerum aliam
 subiiciemus, que forsan simul cum prima est hoc loco, à
 spiritu

FRANC. LAMB. IN AMOS

Spiritu sancto intenta, nempe, de iniustitia in iudicijs, sic
Vendiderunt iustum, habentem causam iustam, in iudicio.
coram eis, iustitiam pro argento contra fas peruertendo.
Et pauperem, id est, causam pauperis, uendiderunt pro
calciamentis, pro minimo quocunq; lucro causam eorum
subuertentes. Vtraq; expositio bona, ego tamen malo pri
mam, quod secunda comprehendatur in sequentibus.

Qui conterunt super puluerem terrae capita
pauperum, & uiam humilium declinant.

Priore huius uersus parte crudelitas in pauperes &
iustos significatur. Quasi enim eorum capita super terrae
puluerem conterunt, dum eos calcant, spernunt, adfligunt.
Posteriore uero parte, illorum superbia fit manifesta. De
clinabant uiam, actus, opera, & conuictum humilium, id
est, pauperum, & simplicium in populo. Quod. Nihil ope
rari uolebant ut alij in populo, & dedignabantur, cum
humilibus conuersari, quasi illis sublimius quiddam essent.
En quod abominetur Dominus, superborum oculum, & id
quod humilibus commisceri nolunt. Nimirum haec tam
odit, ut haec una sit e causis, propter quas Israel, d. misus
fuit a Domino in sceleribus suis. Viderit ergo fidelis quis
que, ne ob conditionem humilium, Christum in eis spernat,
ut abunde docet S. Iacobus, suae canonicae cap. 2. scriptum
quoq; est Leui. 19. Non consideres personam pauperis,
neq; honores uultum potentis. Alioqui expauescat ne &
ipse, cum Israelis carnalibus, in suis criminibus deseratur,
& in suum interitum induretur.

Et filii

Et filius, et pater ierunt ad puellam, ut uio-
larent nomen sanctum meum.

De eadem puella intelligitur. Vnde & septuaginta
posuerunt: Ad eandem puellam, quod est abominabile, et
à Domino interdictum. Leui. 18. Id autem facientes, pollu-
ebant nomen Domini. Nam quemadmodum in ueris fide-
libus, est Domino gloria, & proinde illi à reliquis bene-
dicitur, ita ob legis suæ contēptores nomen eius ab exteris
blasphematur. Hæc est tertia causa indurationis Israelis,
& quod à Domino conuersus non fuit. Eiusmodi ergo li-
bidines cause sunt excecationis. Libidinem haudquaquã
putes, sanctum coniugium esse, sed quæ diuinis eloquijs
aduersatur, ut sunt, adulterium, incestus, scortatio, rap-
tus, & id genus alia. De lege interdicta, et cum tale quip-
pam ab his qui pro fidelibus haberi uolunt, committitur,
per eos nomen domini blasphematur, quod sancta con-
uersatione honorare debuerant.

Et super uestimentis pigneratis ad cubue-
runt iuxta omne altare, & uinum damna-
torum bibebant, in domo Dei sui.

In phanis idolorum, quid ab impijs fieret, nemo qui
hystorias legit ignorat. Vacabant enim illic luxurijs, co-
mesationibus, ebrietatibus, & omnigenæ immunditiæ,
ut uere pudeat earum plenius comminisci. Illic scelerosi
ex Israel celebrabant conuiuia, Deo abiecto, idola colen-
tes, & sedentes ad ebrietatem, addentesq; scelus sceleri,
adserebāt secum uestimenta, hoc est, substantiam, quam ab
his

FRANC. LAMB. IN AMOS

quos oppreſſerant, quaſi pignora adceperant, et illis contra p̄bas utebantur. Nimirum, non licet uti, pignoribus, ſed ut diſſereant, ſunt diligenter ſeruanda. Vinum quoq; non proprium, ſed eorum quos iniuſte donauerant, bibe-
bant. Sic agunt in hunc uſq; diem, fidelium oppreſſores, maxime qui ad Antichriſti factionem ſpectant, è paupe-
rum & eorum quos iniuſte obprimunt, ſubſtantia, omni idololatria, ac carnis delitijs adfluenteſ, Ideo ob id ſicut Iſraélite, non conuertuntur à ſuis enormiſſimis ac ne-
phandiſſimis ſcleribus, in quibus deo æquiſſime iudicæ, multis ſeculis relictis ſuere.

Ego autem exterminauit Amorreum à fa-
cie eorum, cuius altitudo, cedrorum altitudo fuit, & fortis ipſe quaſi quercus. Et contri-
ui fructum eius de ſuper, & radices eius ſub-
ter. Ego ſum qui aſcendere uos feci de terra
Aegypti, & eduxi uos in deſertum quadra-
ginta añis. Et ſuſcitauit de filijs ueſtris in Pro-
phetas, & de iuuenibus ueſtris Nazareos. Nū-
quid non ita eſt, filij Iſrael, dicit dominus.

Et propinabitis Nazareis uinum, & prophe-
tis mandabitis, dicentes, ut pro-
phetetis.

De Amorreis dicitur Nu. 13. quod filij Iſrael illis com-
parati quaſi locuſta uidebantur. Igitur hic enumerat illi
quot beneficia quæ illis contulit, ut agnoſcentes ſuam in-
gratitudinem, ad cor redirent. Primum quod Amorreos
illorum

COMMENTAR. CAPVT II. 29

illorum causa deleuit. & contriuit eorum fructum ac radicem, id est, patres & filios. Quasi enim radices patres sunt, & eorum filij, quasi fructus. Secundum quod illos e-
duxit ex Aegypto, & in deserto annis quadraginta fo-
uit. Tertium, quod summos uerbi sui Prophetas, ex eis
maxime e'egit. O donum summum. Non fecit taliter o-
mni nationi, & iudicia sua, non tam sublimiter manifesta-
uit eis. Quartum, quod suscitauit e' iuuenibus illorum Na-
zareos, & alios quidem ad semper, ut Samsonem & Sa-
muellem, alios ad tempus, de quibus Num. 6.

Spernens autem tot Dei beneficia, ipsa Israelis ingra-
tissima gens, Prophetis Dei interdicebant, ne in Dei nomi-
ne prophetarent. Sic Amasias, uerbum interdicerere uoluit
Amos, ut habetur infra capite. 7. Mittebat illis Deus sue
ueritatis sacrosanctam, amabilem, & necessariam benedi-
ctionem, quam abiciebant, illi praeserentes sua inuenta ex-
ecrabilia, in suum interitum. Paris uoti sunt in hunc diem,
hypocrite, & quot quot filij pditi ac fornicariae Babylonis
partes agunt, interdicut enim, ne quis a Deo prophetet,
etiam cum dicunt: Prophetate. Nimirum id tantum uo-
lunt, ut sacratissima eloquia Dei, que purissime & simpli-
cissime sunt annuncianda, iuxta Antichristorum menda-
cia atq; insanas enarrent. Orem nocentissimam, & mo-
dis omnibus execrabilem coram Domino. Mandant Pro-
phetis Dei, qui pro Ecclesiae eius captiuis sponso, ac pa-
storibus, cum nihil minus sint, haberi tamen uolunt. Ne
propheteis, inquiunt, a Domino, sed quae Patres nostri

D tradide-

FRANC. LAMB. IN AMOS

tradidere. **Q**uoniam, qui Patres sequi uolunt eos quos se-
qui tutum est, nempe sanctos Prophetas & Apostolos, se-
querentur Proinde factum est, ut a plusquam mille annis,
uerbum ueritatis fuerit absconditum, ac contra propriam
naturam, in sensu fornicario enarratum, dum illud coegit-
mus miseri, seruire mendacijs nostris. **T**radui, heu fui-
mus in mentem reprobam, & ambulantes in tenebris &
umbra mortis, in lumine eterne uitae nos esse dicebamus.
Miserere nostri Domine, miserere nostri. & aufer erro-
ris ac mortis spiritum, & palam fac uniuersis populis, lu-
men quod reuelare coepisti.

Israelite igitur Prophetis mandabant, ne ueritatem
annunciarent. **E**t quid magis faciebant? **C**ontra legem
Nazaeorum positam Numeri sexto, unum ipsis **N**aza-
eis propinabant. **U**bi enim contemptus sermonum Dei
in cor hominis ascendit, nihil est quod non flocependant.
Pro minimo enim tum habent, nihil obseruare ex iussioni-
bus eius. **N**ulla est ultra Dei beneficiorum memoria, &
ingratitude iocus esse putatur, nec uidet caeca mens, quod
uerae salutis peremptoria sit.

Ecce ego stridebo subter uos, sicut stridet
plaustrum onustum saeno. **E**t peribit fuga a
ueloce, & fortis non obtinebit uirtutem su-
am, & robustus non saluabit animam suam.
Et tenens arcum non stabit, & uelox pedibus
suis non saluabitur. **E**t ascensor equi non sal-
uabit animam suam, & robustus corde, in-
ter for-

ter fortes nudus effugiet in illa die, dicit Dominus.

Sensus huius loci est, quod adueniente tempore ab eterno praefinito, nolit ultra ferre iniquitatum Israelis grauissimam onera, uelique proinde, ut currus sceno, aut stipulis, (ut Septuaginta uolunt) maxime onustus, stridere, hoc est, signis ostendere, quod dictarum impietatum onus importabile sit. Porro haec signa, flagella illius sunt.

Subiungit autem: Et peribit fuga a uelocitate. Qui dicitur, singulas partes, eorum quae hic ponuntur, de Hieroboam filio Nabath, et illum sequentibus impijs regibus Israel, singulariter capiendas, et per nudum inter fortes fugientem, Osee, ultimum Israelis Regem, dum captiuum in Assyrios, quarto Reg. decimosextimo. Sed unde haec, nisi a somnijs Hebraeorum? Propterea abijcienda sunt, quod ad Scripturae sanctae maiestatem non consentiant, et illa sint prorsus indigna.

Est ergo alius sensus, nempe, quod neque uelocitas neque fortitudo, aut robur, neque arcus aut equus, aut aliud quodcunque, liberum potuit facere Israel, a manu Dei. Nam quis eum seruabit, quem Deus omnipotens et immutabilis perdere decreuit? Ipse nanque solus, quos flagellat, seruare et liberare potest. Inculcat autem, quod haec dixerit Deus, ne quis haec hominis figmenta esse putet, sed Dei excelsi, cuius sermo aeterna ueritas est, et non impleri non potest.

FRANC. LAMB. IN AMOS
CAPVT. TERTIVM.

Summarium capituli. **P**rimo æquissima in totam domum Israël flagella, ob summam eorum ingratiudinem, prænuñciat. **S**ecundo, ostendit, quòd iusta, rationabilia, ac ueneranda sint. **T**ertio. Deum, laqueos, id est, flagella, contra impios nunquam frustra tendere, ipsumq; omnia operari. **Q**uarto, inuitantur alienigenæ, ut uideant Dei iudiciorum contra Israël æquitatem, & de eisdem iudicijs multa ponit.

PARS PRIMA.

Audite uerbum, quod locutus est Dominus super uos, filij Israel, super omnem cognationem, quam eduxi de terra Aegypti, dicens: **T**antummodo uos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco uisitabo super uos, omnes iniquitates uestras.

Liquet ex ipsa huius capituli fronte, quòd hic sermo, ad totum Israël ldir ga'ur. **A**ut autem illis: **T**antummodo uos cognoui & c. **D**eī scientia, siue cognitio atq; uoluntas, non sunt aliud ab ipso **D**eō simplicissimo, in deo in illo semper ista conueniunt, & nihil inter se discriminis habere possunt. **V**num quippe sunt, etiam si id non sit no-

fit nobis apertum. **Semper enim, & immutabiliter, uoluit aut noluit, quæ in æternitate cognouit.** Idcirco ante secula, p̄sa aut adprobauit, aut reprobauit: decreuit hoc aut illud de singulis, sicut in tempore futura erant. **Decreuit ideo in æternitate, sicut & cognouit, ut è populis uniuersæ terræ, filijs Israël, committeret eloquia sua, & uniuersæ Ecclesiæ eius typum gererent, populusq; Domini uocarentur.** Quia ergo decretum & cognitio Dei nunquam diuiduntur, hic solum dixit: **Vos cognoui, uerum simul intellige electionem.** Nouit enim quos eligit & adprobat, eos autem quos reprobat, quæ sine scit. **Nunc reprobis & falsis uirginibus dixit Mat. thei. 25. Nescio uos.**

Ait ergo: Vos solos cognoui, elegi, adsumpsi, ut uobis committerem eloquia mea, & ut è uobis, meus unigenitus, secundum carnem esset. Hoc non feci reliquis terræ cognationibus, **Psalmo. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.** Propterea uos oportuit non esse, tot, tamque sublimium munerum ingratos: sed nihil minus, quàm tales, nempe gratos, uos prestitistis. **Nimirum passim me abiicistis, coluistisq; idola, ac sprete sermonibus meis, cordis uestri figmenta & inuentiones secuti estis.** Ideo quemadmodum ingratis congruit, flagellis durissimis uos cædam, uisitans, hoc est, non oblita misericordia puniens, omnes iniquitates uestras.

Veros quoque Israëlitas, id est, electos, in æternitate
D 3 te agno-

FRANC. LAMB. IN AMOS

te agnouit, & ad salutem perpetuam præd. finiuit, ex om-
nibus terræ cognationibus. Nimirum ex omnibus gen-
tibus, & tribubus, & populis, & linguis, elegit in Eccle-
siam suam. Hoc autem fecit, non eorum meritis, sed e-
ius gratia, & quia bonus est. Nos dum in Ecclesiam re-
cipit, ab Aegypti tenebris, id est, à synagoga Satanae, li-
beros facit. At sæpe non uident, quàm magna adce-
perint, & non permanent in Domino. Quod illis est in
causa, ut durius flagellentur, ob ingritudinem. Siqui-
dem obliuiscuntur Dei, cuius sola dignatione, recepti fue-
runt in misericordiam. Tametsi electos retinet spiritus
sanctus, ne toto corde, Deum & ueritatem eius spernant,
& quantumlibet aberrant, facit in eis spiritus ipse, ut cus-
pian ab omni errore & peccato liberi fieri. Nouit De-
us, & gratas habet illorum personas, etiam si facta non-
nunquam displicent. Mox autem ubi adest fides, omnia
placent. Hinc dicitur Psalmo trigesimo sexto. Nouit Do-
minus dies immaculatum, id est, credentium, quos fide
CHRISTVS facit incorruptos. Nouit, inquam, eorum
dies, cum illi placent. Sic placuit illi fidelissimus Moses,
proinde illi dixit Exodi. 33. Noui te ex nomine.

Obserua, quòd qui maiorem ueritatis cognitionem
adceperunt, grauius quoque aberrantes puniuntur. Pro-
pter quod dicitur Sapientia. sexto. Potentes potenter tor-
menta patientur. Quod aperte Lucae duodecimo Domi-
nus palàm facit, in parabola serui agnoscentis Domini
sui uoluntatem, & eam nihilominus haudquaquam im-
plentis

plenis. Oremus autem Dominum, ut nos corripiat uirga filiorum, & non alienorum. Filiorum uirga, est omnis poena exterior, ubi non est simul animae interitus: alienorum autem flagella sunt: primum, & idem grauissimum peccatum in spiritum sanctum, scilicet contradicere ueritati prius cognitae, & cuius delicias prae gustauit. Aliud est, occidere aliquem in peccatis suis, quo fit, ut in eternum dispareat. Ab his flagellis non est reparatio. Nimirum, non à primo, ut patet Mat. 12. Marci 3. & Lucae. 12. Non à secundo, quod mors peccatorum sit pessima Psalmo trigesimo tertio, & quod maledicti sint, qui non moriuntur in Domino, quemadmodum è d. uerso, qui in illo moriuntur sunt uere beati Apocal. 14.

P A R S S E C V N D A.

Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit praedam? Nunquid dabit catulus leonis uocem de cubili suo, nisi aliquid adprehenderit?

In superioris capitis parte ultima, & in principio huius, praeuocauit Amos Israelis flagella: nunc ostendit, quam iusta, rationabilia, ac ueneranda sint. Ad id autem adsumit parabolas, quibus efficacius ipsa res no-

D 4 ta fia

ta fiat, dicens: Nunquid ambulabunt & c. Sensus est: Quemadmodum id, quod duo sunt amici, aut alioqui invicem conveniunt, est in causa, quod in via alter alteri iungitur, quod alioqui, si prudentes sunt, nunquam facili essent, & cum di cordes sunt, ipsa discordia est illis causa, quod nolunt pariter ambulare, ita fidele patrum Israël cor, & Prophetarum integritas, quibus cum Deo bene conveniebat, in causa erat, quod Deus cum eis pariter ambulabat, id est, illis semper aderat, illisque iuvabat, ac dilgebat. Id autem quod increduli & carnales ex Israël, suis fornicationibus, immundicijs, & abominationibus, cum illo minime consentiebant: in causa erat, quod volebat ulirā ambulare cum eis, sicut ante hoc est, servare eos in terris suis, & ab aduersarijs protegere, quin potius illos durius adfligere, perdere, abijcere, factioque ostendere, quod non essent veri Israël ita, uterisque populus eius, sicut hi, cum quibus antea bene conveniebat, & ambulabat,

Quam felices sunt, quibus cum Deo bene convenit, & illi grati sunt. Nam tum etiam, si ambulent in medio flammarum & umbræ mortis, non timent mala, quoniam Deus cum eis est. Psalmo. 22. Scriptum est enim: Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Leuitici. 26. et posteriore Corinth. 6. Nimirum, nunquam derelinquit sanctos suos, in deo in æternum conservabuntur. Psal. 30.

Idcirco nihil illis deesse potest, quod de eis summa Deo sit cur.

fit cura. priore Petri quinto. Ad id facit totus Psalmus no-
nagesimus. Qui habitabit in adiutorio altissimi, in protecti-
one Dei cæli commorabitur. &c.

Et diuerso autem, o quam infelices & maledicti sunt,
qui ab illo dissentiunt. Nam quid boni illis unquam esse
potest, qui ab ipso omnis boni fonte alieni sunt, & nihil
communione cum eo habent? Perit **DOMINE** quis-
quis absque tuo spiritu uiuit. Fac ergo, ut nobis conueni-
at tecum, sicq; in medio nostri sis, & mancas semper. Nos
enim populus tuus, & oues pascuæ tuæ.

Præscriptio ergo sermone, uul: **DOMINVS**, quod
quia illi non bene conueniebat cum israelitis, nolit cum e-
is ambulare, hoc est, illis adesse, sicut à principio. Quod
nunquam faceret, nisi sua apostasia ad id causam præ-
buisent, & secundum æquitatem suæ inuariabilis iu-
stitiæ, idem ab æterno faciendum decreuisset. Proinde
subnectit aliam parabolam, de leone & catulo eius, non
sine causa rugientibus, sed ob prædam. Etenim nihil
à **DEO**, sine causa fit. Iob quinto. Et omnia in nu-
mero, pondere, & mensura adpendit.

Rugitus leonis, sermonem terrendæ manus Domini
significat, cum scilicet, quo in legis suæ contemptores, du-
rissima flagella prænunciat. Rugit ergo Deus per Pro-
phetas suos, aduersus impios, quos haud secus atque fortis
leo, prædam, in proprijs sceleribus comprehendit. Sed
non rugu frustra Deus, quod uerbum suum non impleri

D s impossibile.

FRANC. LAMB. IN AMOS

impossibile sit. Habet autem prædam, cum immutabiliter eos flagellare decernit: & in manu sua habet, quoties, quando & quantum uoluerit cedere eos. Quasi si uero in cubili (pro fouea in parabola capitur) uocem suam aduersum illos mittit, dum immutabilis, quietus, & tranquillus manens, incredulorum, & hostium suorum euersionem prænunciat.

P A R S T E R T I A.

Nunquid cadet uis in laqueum terræ, absque aucupe? Nunquid auferetur laqueus e terra, antequam quid ceperit? Si elanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet?

Sensus est: Quemadmodum auis non potest capi laqueo, nisi aucups laqueum extenderit, ita impij non possunt capi in suis iniquitatibus, nisi Deus laqueos suos, nempe gladium, famem, pestilentiam, et alia flagella immiserit. Dum namq; illos punit, quasi laqueos super eos mittit. Hinc dicitur Psalmo. 10. Pluet super peccatores laqueos. Et iudicaturus Deus Pharaonem, Ezech. 32. illi dicitur: Expandam super te rete meum. Ecce, quod Dei iudicis,

cia, laquei & retia quaedam sunt. Dum enim super eos nihil tale sperantes ueniunt, et subito in suis iniquitatibus ab eis comprehenduntur, laquei & retia congrue uocantur. Laqueus Dei aduersum Israel fuit, Salmanasar regis Assyriorum exercitus, quem Deus extendit, id est mouit, direxit, & iuuuit, ac per illum captiuum duxit Israel in Assyrios. Sic et per Nabuchodonosor, iudam in Babylonem captiuum duxit. Deus est auceps, & uenator. ipse est à quo prosperitas, aduersitas, malum bonum, sanitas infirmitas, flagella et liberatio ab eis, mors et uita, à quo, per quem, et in quo omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Ro. 11. hinc Esa. 45. Ego dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem et creans malum, id est aduersa, Ego dominus faciens omnia hæc. Igitur si ab eo hæc omnia, ipse primus est, qui capit, ædificat, destruit. Nihil sunt omnes exercitus, omnis uirtus et sapientia atq; sublimitas, absq; illo, ideo ipsi soli, honor, benedictio, & laus.

Demum posteaquam ostendit, quod Deus sit, qui laqueum extendit, ad impios capiendos, nunc adserit quod non frustra extenditur ab eo, ipse laqueus, sed capit uersos, quos uult capi, ita ut euadere nullatenus possint, dicitq; Nunquid auferetur & c. hoc est, sicut prudens auceps, non aufert à terra laqueum, quem ad aues capiendas tetendit, nisi primum aliquid ceperit, ita Deus, cum laqueos suos, id est, exercitus, pestem et alia flagella immiserit, illos minime reuocabit, donec impleuerint iudicia sua, &

quos

quos uoluerit, comprehenderint. Per id uoluit inculcare, certitudinem futuræ manus suæ cõra Israël, nempe, quod esset aduersum illos missurus a Syrios & Chaldeos, qui non essent in terras suas reuersuri, donec captis eorum urbibus. alios in Assyrios, alios in Babylonios transferret. Oportuit enim hæc fieri, adueniente plenitudine temporis quo Deus ab æterno, id fieri decreuit. impossibile nãq; est, ut non fiant omnia, sicut & quando, Deus illa uult fieri. Videmus nostro seculo plurima iudicia Dei, & eadem quidem grauissima, quæ non ob aliud nunc implentur, quam quod aduenit plenitudo temporis, quo Deus, hæc ab æterno implenda præfinit. ideo cum nunc mittit laqueos, non auferuntur, donec capiant, quos eisdem uoluerit comprehendi.

De his sæpe rugijt Deus, per Prophetas suos, sicut paulo ante diximus, qui sicut tuba exaltarunt uocem ad hæc pronuntianda. Sed populus cæcus & inspiens, spernit eos, imò persecutus est, & occidit, ut nulla esset pax prophetis Dei. Proinde aduersum illos subiunxit. Si clanget tuba &c. **Q**uod. Populus hic cæcus, duræ ceruicis, & incredulus, spernit et calcat uoces Prophetarum meorum, & negant uentura quæ illi prædixerunt. Sed uenturi dies, quibus uidebunt aduentum hostium, & ob id in eorum uerbis tubis clangetur, sed frustra. Tum recordabuntur, eorum quæ Propheta dixerunt, et expauescent, fugientq; ab eis, mens, uirtus, & consilium. Ciuitates eorum uastabuntur, et in eis ubiq; mala grauissima. Hæc omnia faciã eis.

Si etia

Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit: Quia non faciet Dominus uerbum, nisi reuelauerit secretum suum, ad seruos suos Prophetas.

Nec amplius subiungit, quod ut sciant omnes, quod mala quae ab hostibus, in terris israhel facta fuere, ab eo maxime prodierunt. Si erit, inquit, malum in ciuitate, hoc est, in ciuitatibus, quod Dominus non fecerit? **Q**uid Non ipse est, qui facit & creat mala haec, quemadmodum se ea facturum per seruos suos Prophetas praenunciauerat.

Sed qua ratione iungetur hoc. Non erit in ciuitate malum, quod Deus non fecerit, quia non faciet & c. Sic accipe. Non erit malum, quod ille maxime non fecerit, sicut per seruos suos pronunciauit. **S**upra eum se rugisse per illos dixit. **S**i autem cupis nosse, qua ratione id per illos praedixerit, haec una e causis potissima est, quod in aeternitate decreuit se maxime a lege data non facturum uerbum, id est rem, opus, aut aliquid, quod non reuelauerit Prophetis suis. **O**mnia enim praedicta sunt, etiam quae nunc facit, tamen si non omnes capiunt, ubi, per quem, & quando praedicta fuere. **P**orro haec prophetia capitur de his quorum reuelatio, est Dei Ecclesiae necessaria. **E**t quisquis est in diuinis literis studiosus et pius, de his ueritatem intelliget. **N**ihilque omnino sub caelo reperiet, de quo quantum opus est, saltem in generali, in arcantibus literis non agatur.

Verum obserua, quod hic locus nedum in futuris habet ueritatem, uidelicet quod per Prophetas futura praenunciet, sed etiam

sed etiam de reuelatione operum Dei, tum cum fiunt. Nimirum hæc suis Prophetis nota facit, ut apti sint ministro, ad quod illos adsumpsit. Neq; omnia uni, sed omnibus singulatum eorum cognitionem partitur. O uere magnam excelsi dignitatem. Non facit quidquam, quam uulget absconditum, quia ubi eius cognitio Ecclesie sanctae est necessaria, aut illam promouet, non illud oportune reuelat, seruis suis Prophetis, ut per eos Ecclesie notum fiat. Notat dicit, seruis suis Prophetis, quod à magistris illis sublimibus atq; sophistis, sapientibus & prudentibus in carne, ac pseudoprophetis, aliena à Dei uerbo querentibus, hæc abscondit. Serui namq; Dei minime sunt, sed serui Diaboli, & sæculi huius. Ceterum paruulis illis, quos non sublimarunt suis gradibus Antichristi prostrata, sed spiritus IESU Christi, in ueros Prophetas seu uerbi ministros (quod idem est. 1. Corin. 14.) unxit et cōsecrauit. His inquam mysteria, id est, secreta sua nota facit Mat. 13. & Luc. 11.

Leo rugiet quis non timebit? Dominus deus locutus est, quis non prophetabit?

Leo Deus est, cum rugit, id est, cum suam horrendam in incredulos manum prænuñciat, qua illos conerere & euertere decernit. Eius rugitū quis nō timebit? nisi qui fatuus uel incredulus, & omnino absq; iudicio est? Ea timeant pii, & percunt, quod non nisi iuxta carnem illa timeant. Timeant enim, non puro timore, sed ob pœnam. Contra fideles timeant in æternā salutē, eo quod ex Dei spiritu timeant,

timeant, et ex Fide. At de timore Dei, alibi tractauimus.
Timēda sūt ergo ab omnibus iudicia Dei, Et hi quos Do-
minus ad prophetandi munus adsumpsit, ipsum ergo ru-
guum. quo sua iudicia prædicat, populis inculcare debēt,
Propt̄ r quod hic dicitur. Dominus Deus locutus est, o-
stendens suorum iudiciorum ueritatem, quis non prophe-
tabit? Qu d. Nemo ex ueris Prophetis, silebit, sed omni
instantia palam faciet decretum altissimi. Quomodo enī
uert sunt Prophetæ, si quāu opus ē uō cōmone faciūt de
omnibus populū domini. Deniq; illis est propriū, pa-
lam facere iudicia eius, ubi norunt quod hæc aliquid faci-
ant ad gloriam Dei, populū q; salutem. Nam eorum pasto-
res & ipsi sunt, & super eorum salute aduigilare debēt.

PARS QVARTA.

Audirum facite in ædibus Azoti, & in æ-
dibus terræ AEgypti, & dicite: Congregami-
ni super montē Samariæ, et uidete insanias
multas, in medio eius, et calūniā pariētes in-
penetrabil. eius. Et nescierunt facere rectū,
dicit dominus, thesaurizantes iniquitatē, et ra-
pinas in ædib. suis. Propterea hæc dicit Dñs
deus. Tribulabit̄ et circūietur terra, et detra-
hetur ex te fortitudo tua, et diripiēt̄ edes tuæ.

Inuitantur alienigenæ, ut uideāt æquitatem iudiciorū
Dei, aduersum israel, diciturq; illis, ut uideant insanias
multas in medio eius, quæ scilicet patenter fiunt, & pau-
perum oppressionem in absconditis. Quæ oppressio insa-
nia etiam

nia etiam est. Nimirum, quaecumq; à nō sana, atq; reproba mente proficiuntur, insanie quaedam sunt, coram domino, etiam si iuxta carnis prudentiam, aliud esse putentur, quod huius sæculi prudentia, iuxta cœlestis spiritus iudicium, ipsissima stultitia sit. Imprimis autem in consista est insania, quod dei ueritas & fides in dominum, quod est rectum habere sensum, abiiciuntur. Hoc enim est iustum sapere, & sanam habere mentem, credere in dominum **IESUM Christum**, & adherere ueritati eius, ac omnia ex fide operari. Proinde apud carnales ex Israël, insanie multæ erant, quod neq; ueritas, neq; fides, neque opera ex fide, in eis reperirentur. Beatus homo, qui e iustis modi sapientiæ thesauris adfluit, uniuersas autem reprobae mentis insanias uitat, maledictus uero est, qui sequitur insanias eius.

Porro insani isti, nescierunt facere rectum & iustum quidquam. Quid ergo? Ex iniquitate & rapina, in suis edibus thesauros congregarunt. Sapientes suere in malum, bene autem facere nescierunt. Ceterum huius peruersitatis in causa fuit incredulitas, cuius indiuidua comes est, cæcitas & ignorantia recti. Qui enim iustitiæ & rectitudinis fontem ac doctorem, nempe, deum nesciunt, omnino quod uerè rectum est, pariter ignorant. Quod si aduerserunt se nosse deum, & illum factis negant, mendacium loquuntur. Semper enim conueniunt, uera dei notitia, & uitæ desiderabilis rectitudo. Qui ergo nescit deum, nihil omnino efficere potest quod rectum sit.

COMMENTAR. CAPVT III. 33

Sed quid factum fuit montibus Samariae, hoc est, Israelitis tam insipientibus? Venerunt Assyrij, & omnia uastarunt, & diripuerunt, transtuleruntque illos in Assyrios, quarto Regum decimosextimo, sicque tribulata fuit terra eorum, ut ex tam multis populis, Assyriorum manus pauci ualde euaserint, unde & subiunxit:

Hæc dicit Dominus: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel, qui habitant in Samaria, in plaga lectu-
li, & in Damasci
grabato.

Amos pastor, ex his que pastoribus contingunt, prophetandi ansam capit, sicut à principio diximus. Verum ut nemo putet, quòd propria industria id fecerit, præmisit: Hæc dicit **DOMINVS DEVS**. Nemini quippe sermonum Dei ministro, licet quicquam docere populum, pro doctrina pietatis, quòd à Deo esse non agnouerit. Ideo intutissima res est, uti similitudinibus, aut parabolis, nisi omni ex parte Dei scriptis consentiant, & nihil uanum in illis sit. Ergo fabellas quasdam Quidianas, aut gesta quedam adfecta Romanorum, siue aliorum, aut id genus alia, Dei sacratissimis admiscere eloquijs, blasphemum & execrabile est. Nam que participatio lucis ad tenebras? ueritatis ad mendacia, & Christi ad Belial?

E Precipit

FRANC. LAMB. IN AMOS

Præcipit ergo ipsi **Amos Deus**, ut ex his quæ sunt paucioribus communia, prophetandi occasionem hoc loco sumeret, ut paucitatem eorum qui liberandi erant ab Assyriorum manibus, prænunderet. Quod & ille fecit, dicens: **Quomodo seruat &c.** Sic capetextum. **Qui** ex filiis Israël, qui habitant in Samaria, in terra scilicet Israël, quæ illis est plaga lectuli, id est, regio optima, in qua perinde atque in lectulo quiescunt, terra ubertate in sum interitum abutentes. **Iidem** qui habitant in grabato, seu lecto Damasci, qui tum sub ditione regis Israël erat. Nam ut liquet. **4. Reg. 14.** Hieroboam filius Ioas Rex Israël, sub quo prophetauit Amos, restituit in Israël Damascum, & terras multas. **Quiescebant** autem illic, nihil timentes Dei manum, propter quod grabati uel lecti uocabulo capiuntur. **Hic** ergo eruentur à superueniente malo, & Assyriorum captiuitate, non omnes, sed paucissimi, & electi, qui etiam inter quæcunque aduersa, à **DOMINO**, quasi pupilla oculi delicata, seruantur. **Quemadmodum** enim à leone uorante ouem, ex toto corpore, uel tantillum quiddam, ut est crus unum uel duo, aut extremum auriculae, pastor sollicitus adcipit, sic ex toto populo Israël, extremi quidam, & idem paucissimi, liberabuntur à perditione.

Quidam hæc capiunt, de sola externa liberatione, eorum qui euaserunt Assyriorum manus, fugientes in Iudæam, aut Syriam, aut aliò: sed eorum pace salua, non ita habet

habet res, sed quemadmodum diximus, intelligitur, de eo quod **DOMINVS** electos seruauit, ne illis dicta mala fierent in interitum. Nimirum à gladio, incendijs, captiuitate, fame, & malis omnibus liberi fiunt, qui propter hæc minime disspereunt. Sic eruta fuit domus **Thobie**, in idem **Raguel**, **Gabellus**, de quibus apud **Thobiam**. Sic & sancti **CHRISTI** Martyres, à cruciatibus eorum, dum per eos à pietate minime defecerunt. Videm sanctus **Iob** à plagis grauissimis: & uniuersi electi, à spiritibus impostoribus, & doctrinis demoniorum eruuntur.

Sunt, qui hos locos: in plaga lectuli, & in **Damasci** grabato, sic enarrant, quod hi erucntur, qui erunt in plaga uel angulo lectuli, id est, in **Iudæa**, & in **Damasc**, id est, apud **Syros**, qui ob id minime sunt audiendi, quod plaga lectuli, non magis significet **Iudæam**, quam terras **Israël**, neq; etiam **Damasci**, potuit esse requies, & tutum refugium **Israëlitis**, tempore quo translati fuere in **Assyrios**. Nam tum **Damascus** non erat sub **Israël**, sed sub **Syria**, quæ ferè **Israëlitis** semper aduersabatur. Superest ergo, ut exponatur sicut à principio diximus.

Audite, & contestamini, in domo **Jacob**, dicit **Dominus Deus exercituum**. Quia in die cum uisitare cœpero præuaricationes **Israel**, super eum, uisitabo & super altaria **Bethel**, et amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram. Et percutiam domum **hyemalem**,

E a cum

FRANC. LAMB. IN AMOS

cum domo æstiuā, & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

Prophetis imperatur, ut primum audiant uerbum à Domino, demum, ut ea quæ audierint, cæteris contestentur. Siquidem nemini licet prophetare, nisi quæ prius à Domino audiuit. **A** Deo autem audimus, quæcunq; per impolluta eloquia eius uere agnoscimus.

Audite, inquit, ò Prophetæ, & contestamini in domo Iacob. **Q**uid? **Q**uòd dum uisitare & punire cæpero fornicationes Israël, per **A**ssyrios, eum à propria regione transferendo, tum quoq; euertam altaria Bethel, & eueratam, quicquid ad Idolorum cultum, ab eis excogitatum, erectumq; fuerat. **Q**uod maxime per Iosiam Regem Iuda impletum fuit. 4. Reg. 23. & 2. Paralip. 34. **Q**uere felicem uisitationem, euertere altaria Idolorum, cum uniuersis ad illa spectantibus. **Q**uis det orbi Christiano, nouum Iosiam Regem, qui uniuersa idola, phana, excelsa, lucos, & omnem regni Antichristi abominationem euertat? **P**rofecto, nunquam ipsius Israël terræ, tam indiguere sancto Iosia, ut nunc omnes regiones, quæ se pro fidelibus uenditant.

Et percutiam domum &c. **D**omos uarias habebant Principes Israël, quibus pro temporum differentiâ utebantur. **H**abebant quoque domos preciosissimas, & in nonnullis multum de ebore erat, unde & eburneæ uocabantur. **P**ropterea de domo ab Achab edificata, dicitur
3. Regum

COMMENTAR. CAPVT III. 35

tertio Regum ultimo. Et domus eburnea quam edificauit. Has diruendas prædixit. Recte uero, posteaquam adseruit idolorum abominationes conterendas, superbiam domorum casuram prænuñciauit: nam hæc ferè ubique adnexa reperies, scilicet idolorum cultum, & abusum externorum. Vbi autem primum cadit, cadit & reliquum. Fidei nanque puritas, & uerus Dei cultus, abusum, & adfectum terrenorum neuiquam admittit.

CAPVT QVARTVM.

Summarium capituli: Primum Dei sermonem aduersum primores Israël ponit, & quod erant cum multo opere probro ducendi in captiuitatem, prænuñciat. Secundo, eorum idololatriam & abominationes subsannat, ac excratur, illorum simul obstinationem palam faciens. Tertio, adserit idem quod comminatus fuerat, mox subiiciens adhortationem sue iustionem, ueræ misericordie plenissimam.

PARS PRIMA.

Audite uerbū hoc uaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Quæ dicitis dominis uestris: Adferre, & bibemus. Iurauit

E 3 Dominus

FRANC. LAMB. IN AMOS

Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies
uenient super uos, & leuabunt uos in
contis, & reliquias uestras, in ollis
feruentibus, et per aperturas
exibitis, altera contra alteram, &
proiciemini in Armon, di-
cit Dominus.

O **Sec. 10.** uaccas adpellat aureos uitulos, hic uer-
o corundem uitulorum primos cultores, hoc est,
Primores ex Israēi, Regibus inferiores. Et rectè
quidem, ut quemadmodum cultores Dei uocantur **Dij**, ita
cultores idolorum, idola: & cultores uaccarum, uaccæ.
Itidem rectè uaccæ, adpellati fuerunt, quòd brutales, car-
nales, & sine spiritu essent, alieni omnino ab imagine
Dei, comparati iumentis insipientibus, & illis adsimila-
ti. **Psal. 48.** De imagine Dei plura tractauimus, libro De
causis excecationis &c.

Ceterum pingues dicuntur, ob diuitias, quibus adfecti
& dediti erant, & q̄ spiritu pauperes minime essent, hoc
est, quòd diuitias non possiderent, quasi non possiderent:
nec uterentur hoc mundo, quasi non uterentur. Poterant
quidem possidere diuitias, uerum simul oportuerat, rebus
ipsis possessis abrenunciare, id est, non illis tam adfeci, ut
non parati essent omnia dimittere, ubi proximorum inai-
gentia exigebat. Nimirum, non plus licuit fidelibus, qui
lum

tum fuerunt, adfici terrenis, quàm nobis. Deniq; idem fuit à principio, omnium fidelium spiritus, idem ipsos fideles erudiens. **Q**uot uaccas pingues habet Antichristi Synagoga.

Eiusmodi uaccæ pingues, siue Basan, ut est in Hebræo, ubi sunt pascua fertiliss. & uaccæ pingues, nolunt adquiescere suauissimis eloquijs Domini. Sed qui nolunt audire misericordie uerbum, inuitantur, ut uel nolentes, audiant iudicium horrendæ manus **DOMINI** contra se. Audite, inquit, uerbum **DOMINI**, quo uos reprobat, ouaccæ pingues, non quærentes, neque sapientes, nisi quæ carnis sunt, quæ estis in monte Samaria, hoc est, in Israël, cuius regia urbs Samaria erat.

Quæ calumniam & c. Hoc est: opprimitis, calcatis, rapitis, & adfligitis, pauperes & egenos populi mei. **Q**uæ dicitis Dominis uestris, uobis maioribus: Adferre, & bibemus. Sensus est: Semper ad terrena undelibet congreganda anhelatis, & ob id sollicitatis Dominos uestros, ut uobis maiorem rapiendi occasionem tribuant, uobis committendo causas & negotia pauperum, ac negotia regni. Heu nobis miseris, quia etiam nostro sæculo, eiusmodi uaccæ sanguisugæ multiplicatæ sunt supra numerum.

Iurauit **DOMINVS**: Iuramentum Dei, decretum eius inuariabile est. Quid iurauit? Quid tū dicitur dominus in sancto suo, hoc est, in seipso, qui solus est uere ex se
E 4 sanctus

FRANC. LAMB. IN AMOS

sanctus, de uaccis pinguibus Israël? **Q**uòd dies uenirent sub **O**see filio **B**ela, **R**ege **I**sraël quarto **R**egum. 17. quibus **A**ssyrij eos caperent, & leuarent in contis, in uectibus, ut carnes uaccarum, dum aliquò portantur: leuarent quoque reliquias eorum, in ollis feruentibus. **S**ensus est, quòd eos ducturi erant in captiuitatem, etiam cum multo cruciatu, qui per ollarum feruorem designatur. Porro corundem reliquæ, familiæ & subditi fuere.

Hi per murorum aperturas (ruperunt enim illos) exierunt à ciuitatibus Israël, altera contra alteram, ut est, multi simul. **E**xierunt autem, non libere, sed ui magna ac coactione, proiectique fuere, hoc est, cum opprobrio & contemptu ducti, in **A**rmon. **N**omen est terræ longinquæ ultra terram **A**ssyriorum, quæ alioqui **A**rmenia uel **A**rmona dicitur. **P**roinde **S**ymmachus interpretatus est **A**rmenia, **A**quila uero **A**rmona, & idem sunt.

Quid putatis, uaccæ **B**asan pinguisimæ, quæ pascuis, hoc est, terrenis omnibus adfluitis, uobis tantum futurum? **Q**uæ pro nihilo habetis, uorare pascuorum substantiam, eorumque bibere sanguinem, usque in finem. **V**accas & idola regni perdit, adlocuor. **I**n proximo est, ut macremini, & leuemini in ollis feruentibus, & cadatis à fastigijs uestris in profundum. **V**eh, ueh, ueh, uaccis istis, quæ omnia fidelium pascula absumere non cessant.

Pars secunda

Venite, ad Bethel, & impie agite: ad Galgalam, & multiplicare prauaricationem, & offerre mane uictimas uestras, tribus diebus decimas uestras. Et sacrificare de fermentato laudem, & uocate uoluntarias oblationes, & annunciate. Sic enim uoluitis filij Israel, dicit Dominus
D E V S.

Non precipientis, sed carpentis, & simul eos abijcientis, ac eorum obstinationem palam facientis, sunt hec uerba. Venite, inquit, in Bethel, ubi erat aureus utulus, tertio Regum duodecimo. Quasi diceret: Scio, quod non desistetis ab Idololatria, sed impie agetis. Venietis quoque ad Galgalam, urbem idolis plenam, ut patet Osee nono & duodecimo: & multiplicabit in eisdem locis prauaricationes uestras. Et idem offeretis mane uictimas, & tribus diebus decimas, ad similitudinem solennitatum, que Dei precepto seruabantur Hierosolymis. Sic enim instituerat, impius Hieroboam filius Nabath, tertio Regum duodecimo. Sa-
E s sacrificabilis

FRANC. LAMB. IN AMOS

crificabitis quoque de fermentato, contra institutum meum, iuxta aliarum gentium consuetudinem. **V**ocabitis etiam uoluntarias oblationes, offerendo liberè, & multo adfectu ipsis idolis, alias oblationes à cōsuetis, & illis exhibendo cultum, qui soli Deo exhibendus est. **N**ec uoluistis, & decreuistis filij israel, & non respiscitis, sed sicut hactenus, permanebitis in fornicationibus & immunditijs uestris. **C**aro enim estis, ideo non respiscitis. **S**iquidem ne potestis quidem, quòd caro ipsa semper dura sit, & nunquam non erret a uijs meis, semperque aduertatur contra spiritum meum. **A**perius autem omnibus, quæ hoc capite supersunt, eorum indignationem, ceruicemque durissimam ostendit, dicens: **V**nde & ego dedi uobis stuporem dentium, in cunctis urbibus uestris, & indigentiam panum in omnibus locis uestris, & non estis reuersi ad me, dicit Dominus. **E**go quoque prohibui a uobis imbrem, cum adhuc tres menses superessent usque ad messem: & plui super unam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui. Pars una complota est, & pars super quam non plui, aruit. **E**t uenerunt duæ & tres ciuitates ad unam ciuitatem, ut biberent aquam, & non sunt saturatae. **E**t non redistis ad me, dicit Dominus. **P**ercussi uos in uento utente, & in aurigis

ne multo

ne multitudinem hortorum uestrorum, & uinearum uestrarum, oliueta uestra, & ficeta uestra comediteruca, & non redistis ad me, dicit dominus.

Misi in uos mortem uia Aegypti, percussi in gladio iuuenes uestros, usque ad captiuitatem equorum uestrorum, & ascendere feci putredinem castrorum uestrorum in naves uestras, & non redistis ad me, dicit **DOMINVS.**

Subuertit uos, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrā, & facti estis, quasi torrés raptus ab incendio, & non redistis ad me, dicit Dominus.

Nullis externis quisquam ad Deum uere conuerti ualet, neque beneficijs, neq; flagellis, nisi Dei spiritus interne moueat, trahat atq; erudiat. Imò absq; isto spiritu beneficia peiorem faciunt, flagella autē, et indurant, & ad desperatlonem facile ducunt. Proinde Israëlitæ nullis flagellis meliores facti sunt, sed semper deteriores. Vnde ut illi agnoscamus patientius, uoluit Deus aliquot flagella enumerare, propter quæ ad eum minime redierunt, sepiusq; inculcat, quod ad eum non sint reuersi, ut agnoscamus, quàm miseræ ac nullæ sint uires hominum, qui neq; flagellis cæsi, neq; beneficijs prouocati, possunt benefacere, & adquiescere pietati.

Dedit

FRANC. LAMB. IN AMOS

Dedit namq; illis primum, stuporem dentium, à fame proficiscentem, & quod non esset panis in eorum locis ac urbibus. Secundo, immisit siccitatem nocentissimam, ita ut aquis etiam ad bibendū deficerent. Tertio, misit urentem uentum, cuncta uirentia absumentem. Quarto, precepit locustis & herucis, atq; id genus minutulis animalibus, & omnia uorarunt. Quinto, misit in eos mortem, peste atq; gladio, illos perdens, in Aegypti uia, scilicet dū contempto dei auxilio, quæsierūt Aegyptiorum brachium. Sexto, illos subuertit per aduersarios, sicut subuersa fuit Sodoma, igne & sulphure è caelo misso, ita ut multi ex Israel fierent, perinde atq; torris ab incendio raptus, id est, fere comburerentur.

Et quis enumerare sufficeret, quos flagella Deus in eos miserit? Lege sacras historias, & uidebis. Verum quibusuis malis nunquam fieri potuit, ut resipiscerent, & ad deum puro & toto corde reuerterentur. Aliquoties quidem in hypocrisi redierunt, quod non est conuerti, sed magis auerti in deterius semper.

P A R S T E R T I A.

Quapropter hæc faciam tibi Israel. Postquā autē hæc fecero tibi, preparare in occursum Dei tui Israël. Quia ecce formans montes, et creans uentum, & annuncians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gras

& gradiens super excelsa terre, dominus Deus exercituum nomen eius.

Quapropter, id est, quia non estis reuerſi ad me, dicit Dominus, ſed ſemper obſtinati fuiſtis in abominacionibus ueſtris, hæc faciam uobis, nempe, quæ paulo ante cõminatus fui, quod egredere mini à terris ueſtris, & captiui ab eis ducere mini. Quia enim terris ueſtris, quas in poſſeſſionem à Deo Opt. Maximo adceperant, in ſuum interitum abuſi ſunt, & in ea deos alienos, uero deo contempto adorarunt, ab ipſis terris iuſtiſſime propulſi fuere.

Præcipit quoq; ut cum experti fuerint prophetiæ huius ueritatem, et captiui ducti fuerint ad alienos, tum in dei occurſum præparentur. Inſtimabilis pietatis ac miſericordiæ eſt hic ſermo, quẽ nonnulli tamen de ultima Iſraelis conuerſione enarrant, quod non puto tutum eſſe. Ego quidem non dubito ipſam conuerſionem futuram, ſicut apud Oſeam iobelemq; adſerui. Verum hunc locum ad eã cogere, non uidetur eſſe germana expoſitio textus, niſi ſi dicatur ita. Præparare in occurſum dei tui, hoc eſt, confide, quod tandem miſerebitur tui Deus tuus. Nec præparatio ad dei miſericordiam ſuſcipiendam, in firma & in dubia ſuæ promiſſionis ac bonitatis fiducia, eſt maxime ſerta, non in multitudine operum. Non quod abnegem opera uere bona, quæ ſcilicet ex fide ſunt, neceſſaria eſſe, ſed quod non ipſa opera, ſed fides iuſte operantis, uera præpara

FRANC. LAMB. IN AMOS

paratio est. Porro cum opera dixi necessaria, intellige, ut fructus inseparabiles bonæ arboris, id est, animæ fidelis, uerum non ut ipsa anima iusta, fidelis, Deo grata, sancta q̄; fiat. Solius namq; fidei est iustificatio, demum fides ipsa per charitatem operatur.

Ego putarim hunc locum germanius enarrari, si scopum & consuetudinem scripturæ uideamus atque seruemus. Commune est hoc spiritui sancto, ut posteaquam populi sui flagella prædixit, nonnihil ueræ consolationis, ne ob flagellorum asperitatem desperatione franganitur, mox adiūgat, quod multis locis scripturæ, maxime in prophetis, palam est uidere. Proinde hoc loco, ubi Israël durissime increpauit, dixitq; illum à terra sua transferendum, ne se prorsus oblitos putarent, subiunxit: Postquam fecerit tibi, quæ prædixi, mox in Deum obcursum præparare, hoc est, noli tum desperare. Namq; Deus tuus de-derit tibi, si credideris: Paratus erit auxiliari tibi, cui se de obcurrere. Sic se præpararunt ad obcurrendum Domino familia Thobie, & alij electi, qui indubie Dei misericordiam experti sunt. Quod ipsis Israëlitis Deus promiserat, Deut. 30. à capitis initio. Præparat ergo se in deum obcursum, quisquis uere credit in Christum. Præparabit quoq; se ante illius aduentum, qui eum pro omnium uere fidelium salute uenturum non dubitabant.

Demum quantum sit is, ad cuius obcursum Israël præparari iubetur, ostendit, dicens: Quia ecce Deus ille tuos formauit montes, per quos omnem terram, creat uentes, per quos

COMMENTAR. CAPVT V. 40

per quos aere, & aerea cuncta intelligit, & annūciat ho-
mini suo spiritu cloquium suum, illius ueritatem & ger-
manum sensum referando, quod à se ipso nemo potest,
uel ut septuaginta habent, annūciat in homines Christū
suum. Producit matutinam nebulam, & omne humidū:
graditurq; super excelsa terræ, quod omni altitudine præ-
cellior ac sublimior sit. **Nomen autem eius est, DO-**
MINVS, sub quo omnes: **Deus,** præter quem nullus: **Ex-**
ercituum, ab ipso enim est omnium exercituum conclusio,
& uictoria. Quod uerbum multoties in arcanis li-
teris replicat, ut nullus puet, quod à se ipso quenquam ui-
cerit. ipsi ergo summo pro omnibus gloria semper.

CAPVT QVINTVM.

Capitis Summarium. Primum: **Israëis casum** & e-
uersionem in proximo futuram adserit. **Secundo,** impi-
os ex **Israël** ad resipiscentiam commonefacit, eos durius
carpens. **Tertio,** maximum eorum scelus, nempe odium
Prophetarum describit. **Quarto,** propter idem scelus,
& pauperum oppressionem, eos nihil prospere facturos
adseuerat. **Quinto,** illis cōminatur uerbi defectum. **Se-**
xto, prænūciat ubique futurum planctum. **Septimo,**
prophetat in derisores uerbi, & dici **Domini** mala descri-
bit. **Octauo,** **Deus** dicit se nolle placari ullis eorum ope-
ribus, sed eos omnino in captiuitatem ituros.

Pars

Audite uerbum istud, quod ego le-
uo super uos planctum. Domus
Israel cecidit, & non adjiciet, ut re-
surgat. Virgo Israel proiecta est in
terram suam, & non est qui suscitaret eam.
Quia hæc dicit dominus deus. **V**rbis de qua
egrediebantur mille, relinquentur in ea cen-
tum, & de qua egrediebantur centum, relin-
quentur in ea decem, in domo Israel.

Super domo Israël planctum leuauit, seu adsumpsit
Propheta, non dubium quin iubente Deo, prout hæc
à Deo esse passim adseuerat. Idcirco præcipit, ut au-
diant. **Q**uid est autem quod luget? **N**onne cum magis la-
tari oportuit, pro incredulorum iustissima punitione?
Scriptum quippe est: **L**etabitur iustus cum uiderit uindictam,
manus suas lauabit in sanguine peccatoris. **P**sal. 57.
Letabatur indubie in iustissimo Dei flagello, sed luget
quod tam increduli essent, ut pro eorum incredulitate &
abominationibus, forent à terra sua propellendi, & reg-
num Israël euertendum, hoc quippe interest, inter pios &
impios, pro eiusmodi lugentes, quod pii seu iusti, ob flagel-
lorum causas, nempe incredulitatem & fructus eius inge-
munt, iniustos uero, non ista, sed sola flagella ad plan-
ctum mouet. **S**anctus fuit luctus **H**ieremie in **T**hrenis, et
Ezechiels

Ezechielis, super Tyrum. Ez:ch. 27. & super Pharaonem Ez:ch. 32. Planctum autem, prophetiam ad lucrum prouocantem uocat. Sed quis est hic planctus?

Domus Israël &c. Hoc est, quod apud Oseam capite primo ait Dominus ipsi Osee, de filia sua: **Voca eam absque misericordia, quia non addam ultra misereri domui Israël.** Nimirum à tempore, quo sub Osee Rege in Assyrios translati suere, quarto Regum 17. non fuit restitutum fastigium regni Israël, neque iuxta carnem restituetur. Quod aperte dicit: **Domus Israël cecidit, & euerfa est, ab Assyrijs uicta, non adiciet ultra, ut in priorem statum suscitetur.** Virgo plebs Israël, quam scilicet oportuit esse purissimam, perfecta est in terram suam, in terra propria uicta est, ac contrita, & nemo erit qui suscitet eam. **Non Deus, quod oppositum decreuerit, & decretum eius mutari non possit: non etiam homo, quod nemo possit eum liberare, quem DEVS captiuum esse uoluerit.**

Porro eiusmodi apertius indicat, dicens: **Urbs de qua &c. Sensus est: Tam grauis erit tribulatio Israël, tamque multi occidentur & captiuabuntur, quod in uniuersis ciuitatibus, oppidis, & uiculis eius paucissimi relinquentur.**

Obserua, domum Israël, maxime ob id in sacris literis uocari aliquando uirginem, quod typum sancte Ecclesie gessit, & ideo populus Domini uocaretur. **Itidem ob CHRISTVM ex ea nasciturum, & legem illis**

FRANC. LAMB. IN AMOS

illis commissam, ac sanctos, qui in eis plus quam in reli-
quis gentibus fuerunt.

Obserua quoque, quod tametsi **I**sraël domus corruerit iuxta carnem, uera tamen domus **I**sraël, id est, electi, tam **I**sraël, quam aliarum gentium, perire minime poterunt, quod illos **P**ater summus, filio suo, **D**omino **I**ESV **C**H**R**I**S**T**O**, ab eterno tradiderit: & omnis quem dedit ei **P**ater ipse, ad eum ueniet, & illum foras minime eijciat. **I**oannis sexto.

PARS SECVNDA.

Propterea hæc dicit **D**ominus **D**eus domui **I**sraël: **Q**uærite me, & uiuetis, & nolite quærere **B**ethel, & in **G**algalam nolite intrare, & in **B**ersabee non transibitis, quia **G**algala captiua ducetur, & **B**ethel erit inutilis. **Q**uærite **D**ominum, & uiuite, ne forte comburatur domus **I**oseph, ut ignis, & deuorabit, & non erit qui extinguat **B**ethel.

Misericors **D**eus, ineffabilis bonitatis sue obliuisci non potuit. Proinde mox ubi **I**sraëlis euerisionem prædixit, eundem ad resipiscendum commone facit, dicens **Q**uærite

COMMENTAR. CAPVT V. 42

Querite me &c. Premisit autem: Propterea, perinde atque illi diceret: Quia uides tibi fore proximam, horrendam manum Domini, conuertere ad me, ut misericordiam consequaris.

Porro is querit Deum, qui eum solum imprimis, & nihil nisi in eo concupiscit, & amat. Itidem querit Dominum, qui illi fedit, & haeret toto corde sermonibus eius, ac quicquid ab illis diuersum est, abominatur. Quisquis autem sic querit Dominum, uiuet. Vnde & ait: Querite Dominum, & uiuetis, & nolite querere Bethel, adorando, & inuocando uitulum aureum, quem ibi posuerat Hieroboam filius Nabath. 3. Regum. 12. Et in Galgalam urbem Idolis plenam, ut multis locis apud Oseam, & capite praecedenti diximus. Et in Bersabee, in qua etiam erant Idola: non transibitis, ut non inficiamini idololatria eius. Quia Galgala, eius scilicet habitatores, captiui ducentur, & Bethel erit inutilis, hoc est, eueretur: uel ut alius quidam uertit: erit ad peccatum, hoc est, abominabilis, ideoque euertenda, & abijcienda sicut peccatum.

Recte, posteaquam illos admonuit, ut Dominum quaerent, praecipit idololatriam summe uitari, quod nemo possit Deo pariter seruire & idolis. Seruit autem idolis, qui alienis a Deo fedit. At Deo & hostibus suis fidere & adquiescere quis potest? Idolis seruiunt, omnes Dei sermonum contemptores, Antichristi, & pseudoprophetae, sectarumque amatores, qui nunquam prius Deum uere quaerunt, quam ab impietate defecerint.

F 2 Inculcant

FRANC. LAMB. IN AMOS

Inculcant autem dictum sermonem, nempe, ut **DOMINUM** quærent, quo destructo in eis peccato, ex fide uiuerent, & mors seua nihil eisdem officere posset. Antequam comburatur ut domus, Ioseph, id est, Israel, qui idcirco nunc nomine Ioseph capitur, quod primus eorum Rex Hieroboam, fuerit ex tribu Effraim filij Ioseph. Et hic ignis seuisime Dei manus, deuorabit, hoc est, absument, euertet, demolieturque Bethel, & non erit qui extinguat. Nemo enim liberare potest, à flagello, quod Deus auferri noluerit.

Qui conuertitis in absynthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis. Facientem (supple, relinquitis) Arcturum & Orionem,

& conuertentem mane in tenebras, & diem in noctem mutantem,

Qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ. Dominus

minus nomen eius. Qui subridet uastitatem super robustum, & depopulationem super potentem adfert.

Quos maxime præscriptis malis adficere uoluerit, & quos adloqueretur, palàm facit, dicens: Qui conuertitis &c. Sic capitur: Vos maxime adloquor, qui iudicium conuertitis in absynthium, illud peruertendo, & de pauper

de pauperes amaricando, & opprimendo. Et iustitiam ueram que est ex fide, & que ex ea fiunt, relinquitis. Hoc est. Ad hoc minime adnitimini, ut ex fide, & secundum uerbum meum uiuatis, & operemini.

Relinquitis quoque facientem **Arcturum** &c. **Arcturus** constellation est, septem stellis constans, & ad polum Septentrionis se uolucns, quam **Astrologi**, uersam maiorem, rustici uero, maxime apud **Gallos**, currum **Caroli** uocant. **Orion** itidem constellation est, hyeme exoriens, & suo ortu tempestates excitans. His locis **Deus** uniuersorum conditor adseritur: unde & Septuaginta posuerunt: **Qui facit omnia** &c. Ipse uocat aquas maris, in uaporibus humidis ipsas eleuando, & effundit illas, dum pluit.

Qui subridet &c. In **Hebræo** habetur: **Qui uiolentat fortem**, quod est, dum illum reprimit, ne faciat quod intendit, etiam si multa uastat. Quod faciens, quid aliud, quam subsannat, & deridet conatus eius, ac uastitat eam ab eo factam? Nimirum cum ipsos uastatores euertit, & in eos depopulationem adfert, qui reliquos depopulari uoluerant, illos recte subridere dicitur.

Obserua, id commune, ac summæ curæ semper fuisse **Prophetis Dei**, ut eius potentiam & magnitudinem predicarent, quod nullibi non offendes, si eorum scripta diligenter perspexeris. In hoc autem **Propheta** id sublimiterprehendes, tam in præcedentibus, quam in sequentibus. Propterea & hic dicit: **DOMINVS** nomen eius, ut sciant omnes, quòd præter eum nullus est,

FRANC. LAMB. IN AMOS

qui non subijciatur alicui. Omnes siquidem illi sub sunt. Et alij quicunque, si cum eo conferantur, & si summi Reges sint, eius respectu, Domini nequeunt adpellari.

In eo denique, quod uastitatem subridere dicitur, obserua, quod omne flagellum, est risus quidam in conspectu **DOMINI**, hoc est, facile quiddam, quod mox quasi risum excitare, & excitatum mox sedare potest, quemadmodum & risus hominis, facile & prouocatur & reprimitur. Ideo nemo frangatur, cum uidet horrendæ manus **Altissimi** uastitatem. Nimirum illi est facillimum, uniuersa quæ uastata sunt, restaurare. Precandus est igitur, multa cum fiducia bonitatis suæ, & nihil dubitandum, quod nunquam obliuiscitur misereri, sedabitque è uestigio à fidelibus suis omnem tumultum, laxabit captiuitatem, pacabit diuisa, restituet perditâ, restaurabit euersa, & omnino auferet omne malum. Siquidem ipse est qui percutit, & sanat: excæcat, & inlustrat: captiuat, & liberat: pauperem, facit, & ditat: mortificat, & uiuificat: deducit ad inferos, & reducit: humiliat, & subleuat, à quo, per quem, & in quo omnia, ipsi gloria & imperium in sæcula seculorum.

Amen.

P A R S T E R T I A.

Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte, abominati sunt,

Aegris reproborum, carnaliumue oculis, odiosa est gloriosa ueritatis lux, quæ est non ferenda iniquitas & abominatio coram Domino, eo quod immaculatum salutis æternæ sermonem, pro mendacijs execrabilibus abijciat, eaq; ratione, diuinæ misericordiæ fontem sibi ipsi occludant. Ideo filijs Israël, id pro iniquitate grauissima imputatur, quod senes ac iudices Dei loco positos, & in urbium portis, iuxta ueterum consuetudinem, & mandatum Domini, Deut. 16. ad iudicandum populum sedentes, odirent, eorum correptiones neuiquam ferentes, partiq; insania abominarentur perfecte loquentem, hoc est, ueros Prophetas, quorum locutio idcirco perfecta dicitur, q̄ solum & eundem perfectiss. Dei sermonem annuncient.

Porrò olim in portis sedebant iudices, uolente Domino, quo facilius uniuersorum causas definirent, & absque difficultate à populo reperirentur, ut scias necessum fore, ut qui populorum iudices facti sunt, ad sedandum quicquid exortum fuerit questionis, sint promptissimi. In ipsis etiam portis fiebat correptio, quod illam, ubi populum contingit, in palam fieri opus sit. Quod enim pro multis facit, à multis agnoscat necesse est.

P A R S Q U A R T A.

FRANC. LAMB. IN AMOS

Idcirco, pro eo quòd diripiebatis pauperem,
& prædam electam tollebatis ab eo, domos
quadro lapide ædificabitis, & non habitabi-
tis in eis: uineas plantabitis amantissimas,
& non bibetis uinum earum, quia co-
gnoui multa scelera uestra, & for-
tia peccata uestra. Hostes iu-
sti, adcipiètes munus,
& pauperes de-
primentes in porta.

Vide, quàm zelet Dominus pro pauperibus suis, et
in hostes ac cõemptores ueritatis suæ, duram iudi-
ciam faciat. Per pauperes intellige adflitos om-
nes, eos præsertim, qui Dei causa adfliguntur & calcan-
tur. itidem per pauperes capiuntur uniuersi fideles, qui ue-
re humiles ac spiritu pauperes sunt. At textus clarus est,
ex quo Dei iudiciorum æquitatem meditare, nempe, quòd
raptorum opera euersurum se prædixit. Domos, inquit,
ædificabitis lapide quadro, preciosas, multo sumptu, &
non habitabitis in eis &c. Contradicit namq; Deus ope-
ribus eorum, ut nihil prosperum efficiant. Nam tamen si
aliquãdo in tẽpus aliqd esse uidetur, exaltentur q; ut cedri
Libani, sicut fumus, & in puncto deficiunt. Vidi impium
(ait Dauid Psal 36.) superexaltatum, & eleuatum sicut
cedros Libani. Et transiit, & ecce non era. Contr. pij
& fideles, sunt tanquam lignum plantatum iuxta aquas,
quod

COMMENTAR. CAPVT V. 45

quod ad humorem mittit radices, & in tempore siccitatis, non erit sollicitum. Hier. 17. sed erit uride, fructumq; suū dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, et omnia quecumq; faciet, prosperabuntur. Psalmo primo.

Quia cognoui, uidi, sciui, multa scelera uestra, fortia, obstinata, graua, enormia, peccata uestra. Qui estis hostes iusti: hoc est, iustitie. Iusti, non est adiectiuum, sed substantiuum. Adcipientes munus, ad peruertendum iudicium, contra prohibitionem Dei excelsi, qui ait Exo. 23. & Deutero. 16. Non adcipias personam, nec munera, quia munera excæcant oculos prudentum, & mutant uerba iustorum. Et pauperes deprimentes in porta: in qua sedebant, ad populum iudicandum. Per id liquet, hunc locum esse aduersum impios iudices, & rectores populi.

PARS QVINTA.

Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum.

Qui Dei sermonibus contradicunt, recte illis priuantur, & crudelissimo cæcitatē flagello puniuntur. Vides hic causam, propter quam, in cæco & mendaci naturalis sensus iudicio relinquitur, & ueritatis sermo à Prophetis aufertur. In tempore, inquit, illo tacebit prudens, Deo auferente uerbum, aut nolens effundere sermonem, ubi uidet, quod nō auditur, sicut præcipitur

FRANC. LAMB. IN AMOS

Ecclesi. 32. Nemo enim prudens tum loqui dignatur, cum uidet eloquia sua non audiri, sed abijci et floccipendi, quod & Prophetæ sancti faciunt, ubi liquido cernunt, non nisi in improprium uerbi, uerbum ipsum prædicari.

Porro, ubi silentur ueritatis eloquia, necesse est, omnia esse perturbata, confusa, plenaq; mendacijs. Mox abiungunt imp:æ Dæmoniorum, impostorũque doctrina, & Dei ueritas pro mendacio habetur. Demum, iuxta uerbum & doctrinam, quæ à populo suscipitur, mores quoque eius aptantur, & dies mali fiunt, in eis scilicet multa regnat impietas atque malitia. Et quo magis siletur ueritas, eo tempora fiunt deteriora, & Dei Prophetis indignior mundus fit. Ideo præsentē hoc malo tempore, prudens uerbi minister silet, donec propitio **D O M I N O**, redeant tempora meliora. Prudens quoque silet, cum illi uerbum non tribuitur, quod annunciet.

Hoc fuit iudicium præcedentium seculorum, quod donec tempora mala implerentur, prudentes & Prophetæ non habuerunt uerbum Domini, & ideo siluere. Nam quia non multo post Apostolorum tempora, fuerunt absque numero pietatis hostes, abominantes illos, qui perfracta Dei eloquia adseriebant, suscipientesq; mendacia, somnia, ac figmenta sua, ac secundum illa uiuentes, abscondit sensim Deus ueritatem suam à prudentibus, ita ut non aliud, quàm hominum traditiones & mandata docerent, quibus populum sanctum à Dei lege auerterunt, & in lucrum

luerunt in hunc usq; diem pestifera errorum secula, sicut nullus sane mentis, non aperte uidet. At de his latius egimus, libro de causis excacationis, eorundem seculorum.

PARS Q. VINTA.

Querite bonum, & non malum, ut uiuatis, & erit Dominus Deus exercituum uobiscum, sicut dixistis. Odite malum, & diligite bonum, & constituite in portis iudicium, si forte miseretur Dominus Deus exercituum, reliquijs Ioseph.

Inculcat Deus clementissimus, ut respiscant, odientes malum, & adherentes bono. Rom. 12. Querit bonum & illi heret, qui soli deo fedit, que madmodum paulo ante uidimus, ibi querite, me & c. Explicite autem dicit, querite bonum, & non malum, quod bono & malo, non possit quisquam simul adfici, nec duobus aduersis dominis, quisquam seruire ualeat. Matth. 6. & Lu. 6. Voluit autem ab eis queri bonum, ut uiuerent, uera uita, que est ex fide, eo quod quisquis uere credit, quod est querere bonum, fide uiuat, itidem ut uiuerent, hoc est, ne perderentur, & interirent.

Et erit dominus & c. Quemadmodum Christo predicante, illi gloriabantur, quod dei & Abrahæ filij essent, ita & tum. Proinde ait Deus. Vos dicitis, quod sum uobiscum

FRANC. LAMB. IN AMOS

biscum, sitisq; populus meus, quod esse non potest, dum sic odio habetis corripientes in portis, ut etiam nullum qui recte iudicet illic constituatis, ac dum heretis malo, & Prophetas ueritatis persequimini. Querite infelices bonum, illudq; diligite, malo autem abrenunciate. In portis uero iuxta praeceptum meum. Deut. 16. Pios iudices constituite, qui uos iudicent, & doceant, non alioqui quam secundum uerbum meum. Tum dominus Deus exercituum, erit uere uobiscum, sicut dixistis. Est nobiscum Deus, cum nobis auxiliatur, & nos in gratiam recepit. Nobiscum autem non dicitur esse, cum nos reprobat, ac in flagellis & aduersis deserit.

Odite, ait deniq; malum &c. si forte misereatur &c. Septua. habent ut misereatur &c. Domus Ioseph, hoc est Israel, qui idcirco Ioseph dicitur, quod iniquitates domus Efraim filij Ioseph imitatus est, haec iniquitas, est uitulorum cultus, a Nyeroboam Efrateo excogitatus.

P A R S S E X T A.

Propterea haec dicit Dominus exercituum dominator. In omnibus plateis planctus, & in cunctis quae foris sunt, dicetur: Veh, Veh. Et uocabunt agricolam ad luctum, et ad planctum, eos qui sciunt plangere. Et in omnibus uisus erit planctus, quia pertransibo in medio tui dicit Dominus.

Toties

Toties adhortatus est Israëllem ad querendum bonum & salutis consilia eidem præbuit, quæ impij & carnales abominabantur, & audire nolebant. Ideo subiunxit, re-
ctum domini cōtra illos iudicium, dicens: Propterea hæc dicit Dominus &c. Sensus est. Tam grauis intus & ex-
tra erit tribulatio, ut prouocentur ad luctum & planctū in omnibus uijs, hoc est, ubiq; agricolæ ob fruges absum-
ptas, uinitores ob uini defectum, & alij singuli, ob da-
mna quæ sentient. Et his qui arte plangunt, tribuetur a-
bunde ansa, unde lugubria canant. Quia pertransibo in medio tui, omnia uastans & destruens. Sic transiit Do-
minus nocte per terram Aegypti, omnia primogenita percutiens, Exod. 12.

PARS SEPTIMA.

Veh desiderantibus diem Domini. Ad quid eam uobis? Dies Domini ista, tenebræ & non lux.

Tempus quo Deus aliquid magnum facit, dies Do-
mini appellatur, Ideo tempus, quo secundum quod
à multis erat prophetatum, Regnum Israël destru-
endum erat, diem Domini hoc loco uocat. Quem dum nō
nulli è Prophetis prænunciarent, impij subsannantes,
dicebant. Quando ueniet hic dies Domini? Sic & impij
è Iudeis, Hieremia de Hierosolymæ euerfione prophetan-
ti, dicebant

ti, dicebant. **Hiere. 17.** Vbi est uerbum domini? Veniat.

De eiusmodi ergo incredulis, & ueritatis subsannato-
ribus ac derisoribus ait. **Veh** desiderantibus diem **Domini**, hoc est, incredulis loquentibus more optatum. Veniat
dies illa. **Ad** quid eam uobis? **Qu.** d. Si sciretis decretum
Dei, & quam terrenda erit dies ista, nihil tale diceretis.
Nimirum in ea erunt malorum tenebrae, & non lux ali-
cuius consolationis.

Obserua, quod impossibile est, carnales non subsanna-
re, aut corde saltem non spernere, & odire, impolluta
eloquia **Dei**, quod absq; **Dei** spiritu nemo illis credere pos-
sit. ideo si absq; ipso spiritu, quispiam eadem se concupi-
scere & amare adserit, mendacium loquitur, & hypo-
crita est.

Quomodo si fugiat uir à facie leonis,
et obcurrat ei ursus, et ingrediatur domum,
& innitatur manu sua super parietem, &
mordeat eum coluber. **Nunquid** non tene-
brae dies **Domini**, & non lux, & caligo, &
non splendor in ea?

Quidam specialiter definiunt, quae per leonem, ur-
sum & reliqua hic posita, sint capienda. **Sed** quis satis
haec nouit? At certum est, spiritum sanctum ex his uoluisse
praesignare, terribilem fore praesatam diem. **Tot** namq;
malis plena fuit, ut dum ab uno se putarent liberari, in ali-
ud deciderent. **Quemadmodum** si quis leonem fugiens, in-
uaderetur, à crudeli urso, fugiens autem ursum à colubro
morderetur,

morderetur, sicq; uitans malum unum in aliud decedit. **Ex** quibus probat, quod prädixerat, nempe quod dies **Domini** tenebræ, & non lux &c. **Hec** de carnalibus ex **Israël**, quæ uere de uniuersis incredulis et hypocritis capiuntur. Nam quid omnis eorum conuersatio, nisi perpetuus casus, à malo in malum, atq; à scelere in scelus, etiam si id per cæcitatem non sentiant? **Multa** enim sunt peccatorum incredulorum, scil. flagella. **Psal. 31.** Soli quippe increduli peccatores & iniusti dicuntur. **Cæterum** quod ad fideles spectat, fide illis peccata remittuntur, & non imputantur, unde iusti, sancti, beatiq; dicuntur. **Nunc Psal. 31.** Beatorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. **Beatus** uir cui non imputauit Dominus peccatum. **Ob id Paulus** de ipsis ait. **Roma. 8.** Nulla est condemnatio, his qui sunt in **Christo IESU.**

P A R S O C T A U A.

Odi & proieci festiuitates uestras, & non capiam odorem cœtuum uestrorum. **Quod** si obtuleritis mihi, holocaustomata & munerera uestra, non suscipiam, & uota pinguium uestrorum, non respiciam. **Aufer** à me turmultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam.

Hic abiicit omnia, per quæ hypocritæ & increduli, in erroris spiritu, se putant apud deum misericordiam consequi

sequi posse. Et primum quidem festiuitates. Secundo congregaciones. Tertio uictimias. Quarto cantica. Simile ferè habes, sed paulo copiosius, Esa. i. Solennitates uestras odiuit anima mea &c. Nac omnia quantumlibet à Deo instituta ei displicuere, quod absq; spiritu & fide essent. Quod si ita est, quid putas de his esse, quæ simul et absq; fide, & non Dei, sed nostro instituto facimus? Eiusmodi impietatibus laborauit totus Christianorum orbis seculis multis. Proinde solennitates nostræ execrabiles fuisse coram Domino, in quibus si alio quouis tempore, Deo & ueritati summe contradicitur, & illius sacratissima iussa calcantur, id tum uel multo maxime fit.

Demum Synodos, conuentus, siue consilia nostra abominatur, quod ad eius Ecclesiam spectare non possint. Dicebamus olim, à spiritibus impostoribus seducti, & sine Dei eloquiorum testimonio: Sacrosancta generalis Synodus. N. in spiritu sancto legitime congregata, uniuersalem Ecclesiam representans. Rectius autem & uerius dixissemus: Prophana & eadem abominabilis Synodus. N. in spiritu Satanae, subdole congregata, uniuersalem Antichristorum synagogam representans. Nam quomodo sacrosancta, in quibus ferè nihil, quàm prophana aguntur? Quod si contingit aliquid agere de celestibus, omnia prophane & sine uera pietate aguntur. Quomodo autem congregata in spiritu sancto, cum uniuersa contra eundem spiritum definire præsumat? Demum quomodo refert Ecclesiam Dei, cum nihil agat ex Dei spiritu & ueritate? olim

uerbo, quo solo **Dei** Ecclesiam regi necesse est.

Victimam quoque nostras detestatus est, et abiecit, quod à nobis conficta essent. **Fecimus** è salutis testamento et signo, sacrificium, quod non licuit, et nos ipsos **Deo** minime sacrificauimus, in odorem suauitatis, quod ad salutem necessum fuit. Proinde recte de nobis prescriptus de uictimis sermo, non minus quam de carnalibus ex **Israël** capitur. **Uidem** et quæ de eisdem **Esaiæ. 1. Malach. 1. et 2.** habentur, de quibus plenius **Malach. 1. Deo** uolente agemus.

Ceterum, quod ad **Cantica** et organa hactenus in **Ecclesijs** habita pertinet, quis adseret illa grata fuisse **Deo**, cum sine **Dei** uerbo et fide, ac incomparabili superstitione, omnia essent, et hi præ cunctis, **Antichristi** et hypocrite fuerint, qui magis hæc frequentarunt? **Risus, ioci, detractiones, cachinni, aliorum contemptus, et id genus alia multa, præter id, quod eorum cor longè est à Deo, ita ter psallendum apud eos ordinarij sunt. Ipsam quoque psallendirationem, quæ ab intus est, et quam Deus maxime exigit, spernunt, et quid psallant nesciunt, bestie insignes. Et quis enumerare sufficeret abominationes eorum, qui tantum multiloqui sunt, sapientiam Dei nescientes, quibus sat est, si ab alijs multum orasse putentur. Qui ergo fieret, ut placerent Domino cantica eiusmodi perditis gentis? Benedictus Dominus, qui electos suos, ab eisdem nunc dignatur facere alienos. Siquidem tanta in illis impietas est, ut non minus, quin potius multò magis, ipsis, quam olim **Israëlitis**, dictum non dubitem: **Aufer à me tumultum****

G carminum

FRANC. LAMB. IN AMOS

carminum tuorum, & cantica lyre tue non audiam. **Tu**
multum uocat, quòd sine spiritu clament, & ululent. **Hic**
tumultum præcipit auferri, quem reprobat, & dicit se nõ
auditurum lyre cantica, hoc est, non grata habiturum.
Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iusti-
tia, quasi torrens fortis.

Sensus est: Manifestissime iudicaberis, & multo im-
petu, ac quemadmodum aquarum inundationes subitõ-
ruunt, & terram implent, ita & tu malis impleberis. **Et**
iustitia, id est, punitio iustissima, reuelabitur subito & ue-
hementissime, sicut torrens magnus & fortis, suo impetu
quæ occurrunt, uastans.

Recte autem ipsum incredulorum & hypocritarum
iudicium, aquæ inundanti ac forti torrenti adsimilatur:
nam quemadmodum hæc sepe, dum nihil tale speratur, su-
perueniunt, ita & iudicium Dei, subito super impios cadit.
Sic Dei misericordia reuelari incipit, & sensim profusus
reuelabitur iudicium Antichristorum.

Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mi-
hi in deserto quadraginta annis, domus Isra-
el: **Et** portastis tabernaculum Moloch
uestrorum, & imaginem Idolorum
quæ fecistis uobis. **Et**
migrare uos faciam trans Damascum,
dicit Dominus, Deus exercituum
nomen eius.

Liquet

COMMENTAR. CAPVT V. 10

Liquet Num 7. Principes tribuum duodecim, ad Dei imperium munera & animalia sacrificanda, in tabernaculi dedicatione obtulisse, & præter idem tempus non dubium, quin & aliâs sacrificia et uictimas imolarunt. Quid est ergo, quod hic dicit: **Nūquid uos** ò domus Israël, obtulistis mihi in heremo annis quadraginta hostias et sacrificiū? **Magna** profecto difficultatis est hic locus, etiā si nō nullis facilis uideatur. **Nimirū** non euacuatur hic scrupulus, per id quod quidam ait: **Pauca** p̄ totos quadraginta annos obtulerunt, et quod parū est, pro nihilo supputatur. **Neg;** priorib; quadrat, quod **Rabbi Solomon** & alij cum eo, uolunt hic, portastis pro portabitis esse positum, adserētes, quod sit propheta, q̄ **Israēlitæ** cū in **Assyrios** captiui ducerentur, cogentib; aduersarijs, esēt portaturi idola, que coluerant, ut agnosceretur, q̄ per ea ab **Assyriorum** manu, seruari non possent. **Huic** quippe enarrationi non cōuenit huius textus allegatio à **D. Stephano. Actorum. 7.**

Igitur, quo facilius hic locus & similes capiantur, est obseruandum, quòd duplices fuere **Israēlitarum Patres**, itidem & duplices ex eis filij. **Primi Patres** fuere sancti, nempe, **Abraam, Isaac, Iacob, Moses, Dauid,** & similes, & post eos **Apostoli sancti**, ac primi **Christi discipuli**, ac quotquot uerbi sancti ministerio, **Ecclesiæ filios** congregant: eorum autem filij, quotquot illorum fidem secuti fuerunt, atq; sequuntur. **Secundi, Patres** carnales & increduli extiterunt, nempe hi, qui à principio **Mosi,** & **Prophetis,** ac **Apostolis Dei** obstiterunt, quorum filij sunt, quicumq;

eorum infidelitatem sunt imitati. **Primi Patres** in Scripturis passim adpellantur, sancti, iusti, **Prophetae dei**, **Patriarchae**, senes populi **Dei**. **Esaie. 3.** **Annunciantes pacem & bona.** **Esaie. 10.** **Præpositi iustitiae.** **Esaie. 60.** **Qui simul cum eorum ueris filiis uocantur,** sponsa & amica **Dei.** **Canti. 4.** **Concilium iustorum.** **Psal. 110.** **Montis domus Domini,** in uertice montium, **Esaie. 2.** & **Mich. 8.** **Domus Iacob,** siue **Israël,** regnum **Dauid** & solium eius. **Esa. 9.** & **Luc. 1.** **Domestici Dei,** & sanctorum ciues. **Ephes. 2.** **Ecclesia sanctorum.** **Psal. 88.** **Lapides uiui.** **Pet. 2.** **genus electum,** et **populus ac ciuitas Dei.** **Psal. 100.** **Fideles terræ.** **Psal. 80.** **Vinea electa.** **Hier. 2.** **Vinea Domini Sabaoth.** **Psal. 79.** & **Esa. 5.** **Generatio querentium Deum.** **Psal. 24.** **Congregatio,** quã possedit ab initio. **Psal. 73.** **Quorum filij uocantur specialiter,** semẽ uerũ, electæ dei uineæ. **Hier. 2.** **Germen eius delectabile.** **Esa. 5.** **Semen Abrahæ.** **Act. 3.** & **Rom. 9.** **Promissionis filij.** **Rom. 9.** & **Gal. 3.** **Filij lucis.** **Lu. 16.** **Filij nati ex Deo.** **Ioã. 1.** **Nati ex spiritu.** **Ioã. 3.** **Secundum quoq; Patres,** cum eorũ filijs, nominib. præscriptis oppositiß. adpellantur, quæ pius lector nullibi in sacris literis non offendet. **Verum id tantum recensere uoluimus,** quod impij adpellantur, uiperæ: eorum autem filij, semen impiorum, & gemina uiperarum.

Porrò, quemadmodum sancti qui nunc sunt, promissionum ac benedictionum olim sanctis reuelatarum sunt filij, ita impij & gemina uiperarum, filij sunt maledictionum primis eorum uiperis, hoc est, progenitoribus cõgruentium

entium, ac contra eos reuelatarum. Et quemadmodum electi participes sunt omnium timentium Deum. Psal. 118. etiam eorū qui præceſerunt, et quæ à reliquis sanctis sunt facta, ipsi quoq; fecisse dicuntur, quòd illis placeant, ita re probi, carnales, et increduli, participes dicuntur, omnium qui parisi sunt animi, etiam eorum qui illos antecesserunt, et quæ ab eis facta sunt, ipsi quoq; fecisse dicuntur, eo quòd adprobent, et illis placeant, quæ alij perperam gesserunt. Proinde scribis & Phariseis ait Dominus Lu. 11. Veh uobis, qui edificatis monumēta Prophetarum, patres autem uestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quòd cōſenseritis operibus patrum uestrorum. Quoniam illi quidem occiderunt eos, uos autē edificatis eorum sepulchra. Quia enim non minus odiebant ueritatē homicidis illis, & in hypocrisi eorū sepulchra edificabant, quasi non illis petiores essent, patrumq; suorū homicidijs, et laudem, & questum à plebeculis uenabantur, recte eisdem consensisse dicuntur. Verum hunc locum apud ipsum Lucā latius enarrauimus. Pari ratione carnales & increduli ex Israël, qui Amos temporibus erāt, pro erratis & immundicijs suorū progenitorum, ab ipso carpuntur, q; parisi & animi & uitæ essent, ac quæ ab alijs facta erant, modis omnib; adprobarent. Ait autem: Nunquid hostias & c. Perinde atq; diceret: Minime. Nam tametsi in faciem multa obtulerunt patres uestri, & uos in illis toto quadraginta annorum tempore, ueruntamen tam impure fuerunt ipsæ uictimæ uestræ, ut pro nullis coram me haberentur. Externe quidem

¶ 3 offeretis

offerbatis, sed absq; fide, spiritu, & ueritate. Quorum
autem eiusmodi hostiæ coram me, qui ueritatem semper di
lexi. Psal. 50. & proborenes & corda. Hier. 11. ac corda
psa maxime à seruis meis exigo? Ergo non obtulistis mihi
in ueritate, sed in mendacio. Indubie quidem fideles nō mil
li, hostias mihi suauissimum me corda eorum cōmone facien
te obtulerunt, sed hi nō fuerunt patres & uiperæ, à quibus
geniti estis. Vos ex patre Diabolo, ac uiris diabolicis profe
cti estis, cum quib; pleni estis mendacio, & omni impieta
te. Et cum adsereretis, q; mihi offerretis uictimas uestras,
simul portastis, id est adprobastis, amastis, suscepistis, aut
ut Septua. habent, adsumpsistis, ad adorandum, uestre blo
loch, id est idoli Moabitariū, quem uobis pro Deo elegistis,
tabernaculum. i. edem. Quicquid enim homines amant, et
bonum esse adfirmant, quasi ab eis portatur. Portastis quo
que & adsumpsistis imaginem idolorum uestrorum (multi
ta enim idola coluerunt) maxime autem sydus dei uestri
Luciferum, quem pro deo coluistis, & colitis. Ferunt mo
nulli, q; Saraceni hoc idolum etiam hodie colant.

Summa: Carpit eos, quòd putarint, se simul posse co
lere Deum & idola, ac utrisque imolare. Sed nemo potest
Deo seruire & Mammonæ. Luca. 16. Et in hunc sensum
adlegatur à Diuo Stephano Actorū. 7. Et uitulum, in quo
fecerunt in diebus illis, et obtulerunt hostiam simulacris,
& lætabantur super operibus manuum suarum. Conuer
tit autem se Deus, & tradidit eos, ut colerent militiam
li sicut scriptum est in libro Prophetarum. Num uictimas
& hostias

Et hostias obulistis mihi annis quadraginta, in deserto, domus Israël? Et suscepistis tabernaculum Moloch, et sy dus Dei uestri Rempham, figuras quas fecistis, ad adorandum eas. Et transferam uos ultra Babylonem. Hunc textum sumpsit ex Septuaginta, qui paucis differt ab Hebreo, tamen si eadem ueritas manet. Rempha est stella Lucifer, aut Venus. Caterum quod adiecit: Transferam uos ultra Babylonem, quidam putant corruptum à scriptoribus nec unquam à beato Stephano ita dictum, quòd neq; in Hebreo agatur de Babylone, sed de Damasco, per quam Syriam capimus: nam caput Syriæ Damascus. Esa. 7. A quorū sententia non omnino longe sum. Verum si quis adserit Stephanum non inuisse Babylonem, nolo cōendere. Nam et terra nonnulla, ad quam translati fuerunt multi ex filiis Israël, ultra à Babylonem erant, ut à Syriæ pars, maxime autem Medi et Persæ.

Quia ergo Israëlita Deo summi et idolis imolabant, eorum hostiæ execrabiles erant. Propter quod dicitur Sophoniae primo: Disperdam eos, qui adorant super tecta militiam cæli, et adorant et iurant in Melchon. Melchon idem est qui et Moloch, ne npe abominatio filiorum Ammon. 4. Regum 23. Qui ergo noluerit abominabilis esse coram Domino, idcoq; male perire, soli Deo toto corde inhereat. Frustra enim, umò in æternam pernitiam, multis, heu seculis, alia ab ipso Deo colunt, et in ea fiduciam habuit, totus ferè Christianorum orbis. Scriptum quippe est Esaie 28. Coangustatum est stratum, ita ut alter de

FRANC. LAMB. IN AMOS

cidat, & pallium breue, utrunque operire non potest. Metaphorica locutio est, qua Deus ostendit, nunquam fieri posse, ut alienus ab eo, simul cum eo in cor hominis admittatur, ut scilicet illi simul & alijs quisquam fidat, & adficiatur, atque ut pariter in eum & alia speret, ac fiducia am habeat.

CAPVT SEXTVM.

Capitis summariū. Primo prophetat aduersum Primores ex Israël, & eorum grauisima crimina carpit, eorum captiuitatem prænunciāns. Secundo, iurat se impleturum, quæ aduersum Israël prædixerat, plenius ipsa mala describens. Tertio, dicit eos impediendos, ne quicquam prosperum efficiant, & undique in eorum terris conterendos.

PARS PRIMA.

Veh uobis, qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, Optimates, capita populorum, ingredientiē pompatice domum Israel.

Nihil tam frequenter in arcanis literis reperies à domino reprobati, atq; damnari, sicut impiorum diuitum superbiam atq; tyrannidem. Nimirum uita de illos ad Deo seruiendum promptiores esse oportuit, ut felices

COMMENTAR. CAPVT VI. 53

felices, miseri, & cæci, deteriores indies fiunt, unde & pe-
reunt ob ingratitude[m], quæ semper ueræ salutis perem-
ptoria est. Pereunt quoq; ob id, q[ui] his quibus uti debuerant
in gloriam Dei, & proximorum utilitatem, in Dei bla-
spemiam, & proximorum detrimenta abutantur.

Damnatur ergo opulenti, hi scilicet, qui diuitijs adfi-
ciuntur, quibus solis iuxta carnem nomen diuitis cõpetit,
etiam si non multa possident, cuiusmodi sunt miseri qui-
dam nihil ferè possidentes, & nihilominus omni studio ter-
rena quærentes. Quisquis autem talis est, quantumlibet
pauper rebus sit, ob adfectum effrenatum, pro impio diui-
te coram Domino habetur. Quibus impijs diuitibus dicitur:
Veh uobis diuitibus, qui habetis hic consolationes ue-
stras. Lu. 6. Cæterum qui multa possident, et simul ea pos-
sidentes, illis toto corde abrenunciant, nec quicquam illis
alioqui, quàm iuxta uerbũ Dei adficiuntur, paratiq; sunt, si
proximorũ causa expostularet, etiã uẽditis quæ possident,
eisdem illa partiri: ij ueri pauperes coram Domino sunt,
de quibus dicitur Mat. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam
ipsorum est regnum celorum. Ex his collige, q[ui] qui terre-
nis adficiuntur & fidunt, quicquid sit de ipsorum terreno
rum abundãtia uel penuria, diuites execrabiles & maldi-
dicti à domino sunt, q[ui] uero nihil illis sed deo prorsus fidũt,
hi sunt pauperes spiritu, uere beati, et benedicti à domino.
Dicit ergo: Veh q[ui] opulenti estis in Sion, hoc est, rep[er]bis
diuitib[us] regni Iuda, qui opulentijs fidunt. Nẽ ueh uobis, qui
cõfiditis in monte Samariæ, hoc est, in potentia & diuitijs
regni

FRANC. LAMB. IN AMOS

regni israel, cuius Samaria metropolis erat. Optimales, summi, et capita, siue primores populorū, eorundē regnorum, ingredientiē populo ad domū, id est, populo israel, utriusq; regni, nēp: decem tribuū, & duarum. Non reprehenduntur, q; sint optimales & capita, sed q; non uiuebant, qua ratione oportebat, eos qui primi erāt in populo suo. Neq; etiā reprehenduntur, q; decenter induerētur, sed q; uestimētis, incessu, et omni uita, nō nisi fastū et supbiam huius seculi, quærerē. De ornatu apud Lucam, capite tertio tractauimus, ibi: Qui habet duas tunicas &c.

Transite in Calamne, & uidete, & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palestinorum, & ad optima quęq; regna horum, filiorum terminus eorum termino uestro est,

Carpur eorum ingratitude, q; abuterentur et libertate, & magnitudine terre, quam a Deo adceperant. Nimirū regnum Babylonis, in quo erat Calamne, quā Hieronymus ait nūc uocari Ctesiphon, & regnū Syria, in quo est Emath, siue Antiochia magna, et regnū Palestinorum, in quo inter quinque urbes Geth potior est. Horū, inquam, regnorum terminus, nō fuit in principio latior termino filiorum israel, tametsi postmodum Babyloniorum & Antiochie regna, fuerūt latiora. Porro Emath siue Antiochia Syriae, magna dicitur, ad differentiā alterius, et eiusdē minoris Antiochie, quę alio nomine Epiphania appellatur.

Qui separati estis in diem malum, & adpropinquatis folio iniquitatis: qui dormitis in le-

dis

Etis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris.
Qui comeditis agnum de grege, et uitulum
 de medio armenti. **Q**ui canitis ad uocem
 psalterij. **S**icut **D**auid putauerunt se habere
 uasa cantici, bibentes uinum in phialis, & o-
 ptimo unguento delibuti, & nihil patiebantur
 super contritione Iosephi. **Q**uapropter
 nunc migrabunt, in capite transmigrantiu,
 & auferetur factio lasciuientium.

Lasciuire in stratis suis malum est. **V**erum summis &
 primoribus dormire in lectis suis eburneis, id est, precio-
 sis, comedere agnum de grege, & uitulum de medio ar-
 menti: canere ad uocem psalterij: uinum bibere in phia-
 lis: & ungi unguento, qua ratione mala erunt? **P**rimu
 dicimus, quod istis ac reliquis id genus adfici, abominabi-
 le coram Domino est. **I**dem eisdem uti, & haec facere,
 contemptis necessitatibus proximorum. **N**imirum eoru
 causa, cum urget necessitas, debent propria uendere, **R**e-
 ges ac **P**rinces ipsi. Proinde alienum prorsus est ab ho-
 mine **C**hristiano, etiã Rege ac imperatore. **N**am & ipsos
 contingit praecipio illa **D**omini **S**eruatoris: **V**ade & uẽ
 de omnia quae habes, & da pauperibus, & ueni, sequere
 me. **M**atth. 19. **M**ar. 10. & **L**uc. 18. **Q**uod praecipium im-
 plet, qui sic omnium quae possidet, adfectui abrenunciauit,
 ut sit paratus omnia proximorum causa distrahere, si o-
 pus sit. **E**t huius animi esse oportet omnes fideles, etiam
Princes, alioqui fideles esse non possunt, **S**eruatore op-
 timo

FRANC. LAMB. IN AMOS

timo dicente. **N**isi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Heu nobis, quia nobis sicut & olim Israelitis contingit: Principes nostri eiusmodi sunt, ut putent, quod propter eos solos orbis conditus sit, & arbitrantur sibi quiduis licere, quantumlibet diuinis eloquijs aduersentur. **N**ihil attendunt, quid iusserit ac interdixerit **D**eus. **R**apiunt, maclant, perdunt, lasciuiunt, & omnigenam tyrannidem erercent in subditos. **N**ihil attendunt qua ratione sint regendi populi, quàm benigne fouēdi, iuuandi, pascendi. **C**ontra quos prophetat apertissime **E**zechiel, prima parte, & eadem quidem media, capitis trigesimi quarti libri sui, pastorum seipsos & non greges pascentium adpellatione, impios Principes capiens.

Profecto non licet cuiquam etiam **R**egi, esuriēte populo, & indigente necessarijs, exigere ab illis eorum substantiam, quibus alijs crudeli fame preceuntibus, ipsi in delictijs uiuant, quin potius etiam distracta atq; diuēdita propria substantia, debent populorum sibi cōmissorum subcurrere egestati. **Q** durum uerbum tyrannis **C**hristi hostibus, & lupis rapacibus, sed uere suauissimum ac desiderabile, cuius **P**rincipi uere **C**hristiano. **V**ere nō uideo qua ratione iusti ac **D**eograti esse possint, imò uere nec iusti, nec grati esse queunt, credentiū magistratus, & **P**rincipes, qui ad nihil aliud adnituntur, præterquam ad pompam, superbiam, uanitatem, ludos, comesationes, ebrietates, ditandam familiam, multiplicandas domos, terras, diuitias,

uitias, & nihil omnino patiuntur, super contritione populi dei. Debent indubie Principes enutriri, ut regant, sed non ut lasciuiant, lacerent omnia, & ut uolunt evertant. **Boni** Principis est, regere populum uerbo domini, protegere illum ab hostibus, amare & fouere ut filios, & agere omnino, ne sub eorum manu quisquam dispareat. **Nam** si per eorum negligentiam, uel minimus quispiam perit, erit anima sua, pro anima illius. **Quam** bona, sancta, & uenerabilis res est bonus princeps, sed e diuerso nulla pestis nocentior Principe reprobo & Antichristiano. **Principem** necesse est sub **Deo** Principari, & illum se priorem agnoscere, ac iuxta uoluntatem eius, bene instituire creditam sibi plebem. **Quod** si spernit, quid nisi Princeps falsus, & diabolus. **Nimirum** magnus quidam Diabolus, est impius rector ac Princeps.

De Primoribus ergo & opulentis **Sion** ac **Samarie** Principibus, hic dicit, quod sint separati in diem malum, hoc est decreto **Altissimi**, sint mala grauissima perlaturi, & horum malorum nonnullas causas enumerat: **Prima** est, quod adpropinquarent solio iniquitatis. **Quidam** hunc locum sic enarrant. **Adpropinquatis** solio iniquitatis, hoc est, in proximo eritis uos **Israëlitæ**, apud **A Assyrios**, & **Iudæi** apud **Babylonios**, in quib. est quasi quoddam solium iniquitatis, ob perpetuum idolorum cultum, & eundem quidem sine contradicente. **Ego** autem prorsus aliud puto, nempe, quod solum iniquitatis, eius magnitudinem significet. **Solium** enim, uel sedes aut thronus, altum quidam

dam in scripturis siue in bonum siue in malum significat, ut regnum, potentiam, magnitudinem, siue pietatis siue impietatis. Hic regnum Christi uocatur sedes. Psal. 44. Et sedes Dauidis. Lucæ. 1. Solumq; eius. Esa. 9. Et magnitudo impietatis uocatur, iniquitatis sedes. Psal. 93. Nunquid ad hæret tibi sedes iniquitatis? Et sedes Sathane. Apo. 2. Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathane.

Includit autem solum iniquitatis, hæc tria. Primum, regnare, principari, aut dominari, in impietate et tyrannide. Secundo, excessum et gloriam in ea, sicut scriptum est? Quid gloriaris in malicia, qui potens es iniquitate. Tertio, putare quod in eiusmodi pax sit, imò et pacem iuxta carnem habere, hora et potestate tenebrarum illis concessa.

Opulenti ergo aut Principes, cum Sion, tum Samaria, huic solio adpropinquarant, qui ad extremum ferè gradum tyrannidis atq; iniquitatis deuenerant, superbia, rapinis, crudelitate, pauperum oppressione, homicidijs, inuidia, odio, omnigena immunditia, comessationibus, ebrietatibus, et alijs id genus scelerum monstris, undequaq; repleti. Idem terminus quo iuxta prædefinitionem Alijs simi, nonnullorum iniquitates implentur. Solum siue status et quies iniquitatis recte dicitur. Nam quemadmodum in hominum conditionibus, status Regius, qui solij nomine capitur, supremus est, atq; ultimus, sic tempus impletarum iniquitatum, est supremus iniquitatis status, unde et solium iniquitatis recte uocatur. Ad hoc solium iniquitatis nondum

tis nondum peruenit, cuius iniquitates non sunt completæ.
Sic Amorreorum iniquitates, nondum esse completas, **De**
us Abraham dixit **Gene. 15.** Ideo eius seminis causa, noluit
 eum exterminare Amorreos **Vbi** autem illorum iniqui-
 tates adimpletæ fuerunt, hoc est, ad eum gradum in eis peruene-
 rant, quo grauiorem **Deus** sustinere noluit, sicut ab æter-
 no prædefinierat, tū illos delcuit, à facie seminis **Abrahæ,**
 nempe filiorum **Israëlis.** **Sic** in hunc usq; diem complete
 haudquaquam fuerunt iniquitates **Regni Antichristi,** quas
 nunc confidimus esse impletas, **ideoq;** uerbi **Dei** potentia
 confestim euertendum. **Secunda** causa tum futurorum
 malorum **Israëlis** erat, quod dormiebant in lectis eburneis,
 id est, preciosis, & in quibus forsitan multum de ebore fue-
 rit, relictis pauperibus, & de rapinacorum, pro quibus
 magis propria uendere oportuerat, & lasciuiebant ac
 luxuriabantur, in eisdem lectis. **Ad** luxuriam queq; non ad
 necessitatem, & omni pietate ac modestia postposita, re-
 lectisq; indigentibus splendide epulabantur, sectantes e-
 brietatem, & omnem immunditiam, & omnes carnis de-
 licias requirentes.
Tertia causa est, quod adserebant eiusmodi fore licita, de-
 clinabantq; os suū in uerba maliciæ ad excusandas excusatio-
 nes in peccatis. **Nam,** ut alia prætereamus, si quid pro abu-
 su psallentium, ac pulsantium, organo, psalterio, cithara,
 atq; cæteris id genus instrumentis, illos carpebat, respon-
 debant, quod **Dauid** sanctus idem fecisset. **At** non ita pulsa-
 bat **Dauid,** sicut illi. **Nimirum** **Dauid** ex fide & spiritu,
 illi uero.

FRANC. LAMB. IN AMOS

illi uero ad id solo carnis adfectu trahebatur. Proinde ait de ipsis spiritus sanctus. Sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici, estimantes quod eo spiritu pulsarent, quo Dauid ipse. **Qu** di. Nihil minus fecerunt.

Quarta causa est, quod super Ioseph, id est, regni Israël contritione, id est, flagellis & malis nihil patiebantur. Quantumlibet enim, alij malis premerentur, hi delictijs adfluebant. Ergo flendum est cum flentibus, & uerus fidelis mala proximorum quasi propria sentit. Sic Paulus cum infirmis infirmabatur, & cum offensis urebatur. **Corin. ii.** Et Israël durities, cordi eius gladius continnuus erat. **Roma. 9.**

Ob praescripta de ipsis Israël Principibus ait, quod essent migraturi primi inter eos qui in captiuitatem duccendi erant, qua ratione eorum factio deleteretur. **Q**uae factio: fragmenta, cogitatus, & opera illorum, diuinis elos quijs oppositissima. Ergo nostrae inuentiones, & studia absq; uerbo Dei, factiones quaedam sunt, & sic à sancto spiritu adpellantur.

PARS SECVNDA.

Iurauit Dominus deus in anima sua, dicit dominus Deus exercituum.

Ipsa eorum mala, quae praedixerat, tum omnino uentura adseruit, dicens: iurauit Dominus etc. **J**esus est, decernit immutab. **luc.**

immutabiliter. Iuramentum nanque Dei, decretum eius inuariabile significat. Hinc dicitur Psalmo 109. Iurauit Dominus, hoc est, definiuit, proposuit, decreuit, & non poenitebit eum, hoc est, non immutabitur, nec retractabit decretum suum.

Porro, quod adiecit: Iurauit in anima sua, idem est, quod Gen. 22. habetur: Per memetipsum iuravi, dicit Dominus. Vnde & Septuaginta habent hic: Iurauit per semetipsum. Anima quippe Dei non est aliquid in eo, sed est ipsemet Deus, quod in eo nulla omnino diuisio sit. Idcirco in se nihil aliud à se ipso habet. Anima mea, est aliquid in me, et diuisus sum, in animam, carnem, ossa &c. sed non sic Deus est. Nimirum nihil diuersum, nihil uariū, sed omnia idem prorsus in eo sunt. Sic proinde hic locus capitur: Iurauit Dominus in anima sua, hoc est, in semetipso, uel per semetipsum, iuxta Septuaginta, definiuit. Per semetipsum aliquid iurat, dum per id quod est, nempe, bonus, iustus, & undequaque summus, illud facere proponit. Hoc autem iuramentum, eternū est, quod nihil nisi immutabiliter proponat Deus. Sed quid iurauit Dominus?

Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint decem in domo una, morientur. Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, ut efferat ossa de domo. Et dicet ei qui in penetralibus dormus est: Nunquid adhuc est penes te? Et res

⁊ spondebit

FRANC. LAMB. IN AMOS
spondebit: **Finis est.** Et dicet ei: **Tace,**
& non recorderis nominis
Domini.

Nedum iacob, sed & omnium prorsus nationum su-
perbiam & impietatem abominatur. Quid ergo est, quod
dicit specialiter, se iacob, non dubium quin israelis, super-
biam detestari? Certe quod in his, qui pro sanctis ac Dei
populo habentur, superbia, & omne crimen, maxime abo-
minabilia sint. Nam propter eiusmodi pseudofideles, no-
men Dei potissime blasphematur in populis.

Ait ergo: Hoc est quod iuravi, & immutabiliter de fi-
niui, nempe quod detestor superbiam, & meae uoluntatis
contemptum, quem uideo in iacob: & domos, id est, fami-
lias eius, odi: & ideo tradam ciuitatem, hoc est, ciuitates,
singulare pro plurali, cum habitatoribus suis. Tradam au-
tem eos in tam grauiam mala, ut paucissimi seruentur. Quod
si reliqui fuerint decem in domo una, se abscondentes, &
fugientes mala, nihil proficient. Morientur enim ex eis. Et
sic mortuorum propinqui adcedent, & ab incendio rapien-
t corpora eorum, ut saltem uel ossa, caribus igne ab um-
ptis, e domo ferant in sepulturam. Quasi di. Ob tribulati-
onem dierum illorum, uix inuenientur mortuorum corpo-
ra ad sepeliendum, nisi combusta.

Observandum, quod in Nebræo habetur: De combusti-
one sua, & non sic: Et comburet eum, ut sit sensus: Tolle-
t eum propinquus suus, de combustione sua. I. à loco in quo
fuerat combustus, ut saltem ossa deferat in sepulturam.
Etdi-

COMMENTAR. CAPVT VI. 58

Et dicit propinquus ei qui in domus penetrabilis est, uel iuxta Septuaginta, his qui domui presunt: Nunquid adhuc est penes te querens, an in ea domo supersit qui spiam de propinquis meis uiuens, ac corpus defuncti, cuius ossa deferre ualeat in sepulturam. Et respondebit ipse qui domi est: Finis est, hoc est, nullus superest uiuus aut mortuus, e propinquis tuis. Moxq; odiēs iudiciū Dei Optimi Maximi, dicit ei, scilicet proximo inquirenti: Tace & c. Sensus est: Ecce quā crudelis est in uos Deus. Vbi est magnum nomen eius, quo pijsimus simul & omnipotens predicatur? Estis populus eius, & nihilominus in tam ingenti calamitate uos posuit, ut nulla ferē grauior esse possit. Proinde obmutescite et sile, ut nō profitearis nomē eius, hoc est, cum esse talem, quemadmodū predicatur. Neq; etiam recorderis nominis eius, corde idem sentiendo.

Aliter quoq; hic locus enarratur, & ut puto syncerius, ut ita, sicut quidam ex Hebræo uertit, dicamus: Tace. Et non recordandum nominis Domini? Tace, de proximis tuis inquirens, sed id magis cogita, an non sit recordandum nominis Domini. Ac si diceret: Ideo in tot mala decidimus, quōd nominis eius obliuī fuimus, & post idololatriam, ac reliquas gentium abominationes properauimus. Ideo non est obliuiscendum, sed omni ratione memorandum nominis eius. Et huic expositioni conueniunt quę sequuntur. Quia ecce Dominus mandabit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus.

N 2 Verbum

FRANC. LAMB. IN AMOS

Verbum est p̄phetæ ex p̄scriptis concludentis, & perinde atque dicentis: Vere est recordandum nominis Domini. Nam quia populus Iacob non est recordatus eiusdem nominis, Dominus ipse mandabit, id est, excitabit, Assyrios & Chaldaeos, & per eos percutiet domum eius maiorem, hoc est, regnum decem tribuum, & domum minorem, scilicet regnum duarum tribuum, scissionibus. Grauior est ruina quam scissio: ideo ruinis regni Israël, euerfionem, et q̄ iuxta carnem, nunquã e set restaurandam designauit: scissionibus autem, captiuitatem duarum tribuum intellexit, à qua tandem sub Cyro liberati fuerunt. 2 Paral. ultimo. & 1. Ezræ. 1. De percussione domus maioris, habes. 4. Reg. 17. De percussione uero domus minoris, habes. 4. Reg. ultimo. & 2. Paral. ultimo. & Hier. ultimo.

P A R S T E R T I A.

Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Quoniam conuersis stis in amaritudinem iudicium, & fructum in stitiæ in absynthium. Qui lætamini in nihili. Qui dicitis: Nunquid non in fortitudine nostra adsumpsimus nobis cornua? Ecce ego suscitabo super uos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem, et conteret uos, ab introitu Emath, usque ad torrentem deserti.

Equi

Equi in petris currere nequeunt, nec in bubalis, ani-
malibus indomitis, quisquā arare potest. Quid per
equos et bubalos, nisi carnales ex Israël, uult designa-
ri? Nam omnes qui sunt absq; Dei spiritu, iumentis insipi-
entibus adsimilantur. Et quemadmodum impossibile est,
equos inter saxa & scopulos currere, ac cum bubalis ara-
re: ita fieri non potest, ut inter seuerissima Dei iudiciorum
saxa, hoc est, dum eos flagellis uult impedire, impij cur-
rant, facientes, ut consueuerant ante ipsa flagella. Neque
etiam fieri potest, ut ipsi impij, qui sicut bubali ad omne
bonum opus inepti sunt, fructum salutis adferant. Ergo
hoc sermone designabantur duo mala: Primum, impedi-
mentum currendi, hoc est, faciendi quæ consueuerant, mul-
titudine flagellorum: Secundum est durities, ac indoma-
bile cor, unde ad omne opus uere bonum, inutiles facti e-
rant. Nimirum sine fide & spiritu, neque nouum & tra-
stabile cor, neq; opus uere bonum & utile esse potest.

Qua autem ratione, maxime in hæc mala, inciderit, ex
sequentibus indicat, dicens: Quoniam conuertistis & c.
Iudicium, & fructus iustitiæ idem sunt. Hic uersus supr à
capite quinto expositus est. Qui letamini in nihili, id est,
in re uana, inutili, & pro nihilo habenda, & quæ uere ni-
hil est, cum Deo collata. Omnia etenim condita, Dei re-
spectu nihil sunt. Qui dicitis: Nunquid non & c. Pro-
prie uirtuti & industriæ, bona quæ à Deo adceperant, tri-
buebant. Per cornua enim, diuitias, potentiam, ac gloriam
huius sæculi, uult intelligi. Est quoque hoc in arcanis lite-

FRANC. LAMB. IN AMOS

vis commune, ut per cornu, sublime & altum quiddam significet, sicut apud **Lucam** diximus, capite primo, ibi: **Et** erexit cornu &c. **Et Abacuc** tertio, ibi: **Cornua** in manibus eius.

Proinde, equissimum aduersum illos iudicium prænunciat, dicens: quòd sit suscitaturus super eos gentem, quæ eos sit contritura, ab introitu &c. **Hi** sunt termini terræ promissionis: **Emath**, è regione **Syriæ**: torrens deserti, inter **Pelusium** & **Kinocorulam**. Vide cosmographiam, aut saltem huius terræ **Israëlis** descriptionem.

CAPVT SEPTIMUM.

Summariu capituli: **Primum** **Amos** uidit plagam significatam per locustam, uel fictorem locustæ, & **Regem** tonsorem, orauitq; pro ea, & non fuit. **Secundo**, uidit aliam plagam, signatam per ignem deuorantem abyssum multam ac partem: orauitq; ne fieret, & exauditus fuit. **Tertio**, uidit plagam designatam per abiectionem trullæ cementarij, pro qua non orauit, ut non fieret. **Quarto**,

Sacerdos Bethel Dei **Propheta** obsistebat. **Quinto**, **Amos** de se testimonium reddit, & prophetat aduersum **Amasiam**, ac prænunciat, qd, **Israël** sit à propria terra migraturus.

PARS PRIMA.

Hæc

HAec ostendit mihi Deus. Et ecce fitor locustarum, in principio germinantium serotini imbris, & ecce post serotinum tonsura Regis. Et factum est, cum consummasset comedere herbam terrarum, dixi: Domine Deus, propitius esto obsecro. Quis suscitabit Jacob, quia paruulus est? Misertus est autem Dominus super hoc: Non erit, dicit Dominus Deus.

Tres uisiones habentur hoc capite, tres Israelis plagas designantes. Ad haec obserua, quod multi de uisionibus, ac earum modis, ubi nec opus, nec locus est, tam anxie inquirunt, & perperam definiunt, ut ego insaniam magis putarim, quam interpretationem. Sufficit enim, quod sanctis Prophetis Deus uisiones ostenderit, quibus futura in mysterio palam faceret. Quid autem ad rem facit, disputare & adserere, quae ratione hoc aut illud uiderint, ubi illi hoc subticuere? Profecto uanissima est haec occupatio filiorum hominum. Igitur Amos propheta ostendit in uisione Deus, fitorum, aut ut Septuaginta habet, scetum locustarum, omnia primum germinantia absumentium. Demum uidit, quod post ipsum serotinum imbrem, facta fuerit Regis tonsura, uel tonsor rex. Septuaginta habent: Ecce brucus rex Cog. Unde autem processerit haec uarietas, non satis liquet. Neque damnabo Septuaginta, quod uideam Paulum non raro illorum uersione usum. Quidam libri habent: tonsuram grigis, sed non est in Hebraeo.

FRANC. LAMB. IN AMOS

Porro huius uisionis hæc est summa, quod **Deus** ostendit **Amos** plagam grauissimam, quam **Israélite** promeruerant, qua totus **Israël** prorsus deleteretur, quemadmodum locusta & bruco uniuersa terrena sententia absumuntur. Et hanc plagam, **Regem tonsorem**, uel **tonsuram regis** appellat, eo quod ita eam **Propheta** uidebat, quasi per aliquem **Regem** eam facturum esset. Et forsitan intellexit de **Gog**, ut **Septuaginta** posuerunt. Non enim uerisimile est, ut quidam putant, eos seductos similitudine literarum, & ignorasse, quid differat **Vau à Lain**, ac **p Gize**, quod interpretatur tonsor, legisse **Gog** uel **Gof**. Verum non est intelligendum, de **Gog** & **Magog**, de quibus **Eze. 38. & 39.** sed de aliqua gente sæuissima, à qua **Israélite** penitus aboleri promeruerant, quarum **Rex**, tonsor, id est, cunctorum uastator appellaretur. Pari ratione **Rex Assyriorum**, per radentem nouaculam capitur. **Esa. 7.** In die, inquit, illa, radet **Domine** in nouacula conductam, in his qui trans flumen sunt, in **Rege Assyriorum**, caput & pilos pedum, & barbam uniuersam. Quo loco, quid uelint intelligi per nouaculam conductam, & eos qui trans flumen erant, exponit per id quod subiungit: **In Rege Assyriorum:**

Intelligens ergo **Propheta** uisionis huius mysterium, precatur, ne id fiat, dicens: **Domine Deus & c.** Quis scitabit **Iacob**, quia paruulus est. Quasi diceret: **Vnde** que admodum iam minoratus est. **Vt** inam magis dignaretur restituere, quicquid in eo corruit, tam in his que ad amicum spectant, quam in reliquis omnibus. **Optat** ergo illa ueritatem

COMMENTAR. CAPVT VII.

ueritatem & fidem, ac terrarum amissarum & dissipatarum instaurationem, ueramq; salutem.

Oravit autem multa cum fide, & exauditus est. Promisitq; illi Dominus, malum quod signabat uisio, minime futurum. Vide efficaciam fidelis orationis, & quam ineffabilis sit bonitas Dei. Nequaquam enim differt exaudire, in fide precantem. Nimirum promptior est ad exhibendam misericordiam, quam nos ad eam postulandam.

PARS SECVNDA.

Hæc ostendit mihi Dominus Deus: Et ecce uocauit iudicium ad ignem Dominus Deus, & deuorabit abyssum multam, & comedet simul partem. Et dixi: Domine Deus, quiesce obsecro. Quis suscitabit Jacob, quia paruulus est. Misertus est Dominus super hoc. Sed & istud non erit, dicit Dominus Deus.

Prescriptam de locustis uisionem quidam ad literam capiunt, alij de Rege Assyriorum decem tribus capti uante. 4. Reg. 17. hanc autem de iudicio ignis, de exercitu Chaldeorum Hierosolymam incendente enarrat. Sed nullatenus congruunt istæ expositiones. Primum, quia utraq; uisio totum contingit Israël: Secundo, plagæ per utrasque uisiones signatæ reuocatæ fuerunt.

Igitur hac secunda uisione, ostendit Amos Deus, quod

H 5 pro

FRANC. LAMB. IN AMOS

pro demeritis populi, uellet mittere se uisimum iudicium ignis, ad deuorandum Iacob, & abyssum, siue aquas multas, hoc est, populos. Quandoquidem aquarum nomine sepius capiuntur. Vnde Apocalypsis decimosextimo. Aquæ quas uidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & turba, & lingua. Et comedet simul partem. Non satis liquet quid uelit per partem accipi, nisi aquarum, id est, populorum partem intelligas, quas in uisione conspicebat mox igne consumi.

Quidam putant hanc plagam cœpisse, sed postmodum Amos deprecante, cessasse, propterea quod ipse deprecans, ait: Desine, uel quiesce Domine. Sed huic expositioni aduersatur, quod post fidelem Prophetæ orationem, Dominus ait de ipsa plaga, per uisionem designata. Hoc non erit. Nam si eiusdem plagæ fuit aliqua pars, quomodo uere dicitur, quod ipsa plaga omnino non fuerit. Fuit indubie incendium in Israël, uerum non illud quod per hanc uisionem designabatur. Quod superest enarrandum, habes in præcedenti uisione.

P A R S T E R T I A.

Hæc ostendit mihi Dominus Deus: Et ecce Dominus stans super murum litum, et in manu eius trulla cementarij. Et dixit Dominus ad me: Quid tu uides Amos: Et dixi: Trulla

lā cemētarij. Et dixit Dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel. Non adijciā ultra superinducere eū, et demolietur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur. Et cōsurgam super domum Hyeroboam in gladio.

Ne uisiones istas, quispīam somnia, aut propria figmenta putet, ante singulas uisiones posuit, hęc, uel sic ostendit mihi Dominus Deus: Vidit autem Dominum stantem super murum litum, hoc est, cemento superinductum, habētem in manu sua instrumentum, quo muri uestiuntur & liniuntur ipso cemento, nempe trulla. Quid per murum litum, nisi regnum Israel à Domino protectum? ipsa enim litura, & cementi superinductio, qua murus uestitur, & seruatur, ac pulchrior est, significat Dei auxilium & protectionem, quibus Israel seruabatur, & ceteris gentibus gl'iosior erat. Hanc trullam, id est, protectionem, dixit se positurum & iniecturum, in medianm populi sui Israel, et se nullatenus ultra illam tenturum in manu sua, & liniturum, hoc est, protecturum eos, ne ab hostibus euerterentur, pellerenturq; à terris suis, ac captiui in alienas ducerentur. Porrò hęc abiectio trulle à manu Dei, in medianm populi, est sicut illis dicerent: Querite uobis alium protectorem, aut ipsi uos protegite, si potestis. Verum non est hominis protegere seipsū, quod unus & solus protector uerus, ego sum. Sed esto, quia mihi tam obstinato

tam obstinato corde contradicitis, & alienis à me, ac uobis ipsis fiditis, uos ipsi capite hanc protectionis trullam, nam quod ad me spectat, non adijciam ultra superinduce re ac protegere uos, sicut hactenus, quin potius flagellis durissimis uos cædam. Demolientur quoque excelsa idoli, scilicet aurei uituli, qui erat in Bethel, & sanctificationes Israël, hoc est, uniuersa, per quæ se putabant sanctificari, & quæ ad id proprio figmento instituerant, desolabuntur, euertentur, dissipabuntur, sic debebuntur sensu, potentia uerbi Dei, omnes sanctificationes regni Antichristi. Et consurgam super domum Hyeroboam filij Ioas, in gladio, hoc impletum est in filio eius zacharia, quem occidit Sallum filius Iabes. 4 Reg. 15. Vbi nos habemus, Dominus stans super murum litum. Septua. habent, uir stans super murum adamantinum: Et ubi in libris nostris est. Et in manu eius trulla cementarij. In septuaginta legimus: Et in manu eius adamas. Symmachus quoque, idem uertit quod Septuaginta. Porro scopus et sensus à priore nihil differt. Nam per adamantem lapidem preciosissimum simul atque durissimum, quid nisi fortissima diuinæ protectionis & auxiliij manus, ac preciosissima, simul atque inuictissima ueritas eius capitur? Et sancti omnes domus Israël, ad amantes quidam & lapides preciosi, muri Ecclesie sancte fuerunt. Vir autem stans super murum adamantinum, Deus est. Ipse forti manu, clementem protectionem, & oportuno auxilio, ac inuicta ueritate sua, fecit uiros adamantinos, & ex omnibus simul, edificauit murum preciosissimum, nempe

COMMENTAR. CAPVT VII. 63

mum, nempe adamantinum domus **Israël**, id est, **Ecclesie**,
in quam elegit ex domo **Israël** iuxta carnem, lapides pri-
mos, nempe **Patriarchas** & **Prophetas**, imò & ipsum an-
gularum lapidem **Christum**. Demum ipsis carnalibus ex
Israël, tam turpiter & tam obstinate à **Domino** forni-
cantibus, post idolorum immunditias, adparuit **Deus**, qua-
si edificans, & quasi muro adpositurus, lapidem adaman-
tinum, quem in manu habebat: **Verum** illum ipsi muro
hauquaquam adposuit, quin potius ait. **Ecce** ego in iu-
ciam adamantem in medio populi mei **Israël**. **Nequaquam** ultra
addam, ut pertranscam eum. **Quod** dicitur in hunc diem,
lapides elegi ex **Israël**. **Esa. 5.** **Ad** edificandum murum
istum, sed ecce in proximo est dies, ut in eam structuram,
non ex **Israël**, sed magis ex alijs gentibus eligantur. **Nam**
proijctam uos in medium uestri, id est, manifeste ac uobis
uidentibus, & sentientibus, & nequaquam ultra erit, ut
illum absq; flagellis durissimis præteream, quin potius
illos grauissime puniam. **Et** dissipabuntur aræ risus (sic
enim habent **Septua.**) id est, irrisione dignissime &c.

Scopus ergo idem est, & in nostro textu, & in **Sep-
tua.** nempe quod **Deus** uoluerit ultra protegere & seruare
in eorum terris, sed ab ipsis illos trahere in captiuitatem.

Quere expauescendum iudicium, cum **Deus** proijcit trul-
lum, ne nos seruet ac protegat, abijcitq; nos, ne in adaman-
tini **Ecclesie** muri, sacrosancta structura locemur.

Miserere nostri **Domine** **IESV**, & fortissima tuæ omni-
potentiæ ac bonitatis trulla protege, et noli deserere nos.

Nam

FRANC. LAMB. IN AMOS

Nam à te ad quem ibimus, qui solus, non homines quantumlibet sancti & potentes, non angeli, non aliud quodcumque creatum, es uita, salus, dulcedo & spes nostra. Tu uia, tu ueritas, tu sermones uite eterne habes. Ioan. 6. **N**oli repellere nos à pueris tuis, nec à summe desiderabili structura, prescripti muri adamantini. Nam quem admodum ille est uere benedictus, qui te artifice in eo muro ponitur, ita ille est coram te maledictus, qui alienus habetur à structura eius. De hac structura, confidimus in deum, nos acturos apud **E**zechielem, uisione ultima.

PARS QUARTA.

Et misit **A**masias sacerdos Bethel, ad **H**iero-boam regem Israel, dicens. **R**ebellauit contra te **A**mos, in medio domus Israel. **N**on poterit terra sustinere, uniuersos sermones eius. **H**æc enim dicit **A**mos. **I**n gladio morietur **H**iero-boam, & **I**srael captiuus migrabit de terra sua.

Nunquam fieri potest, ut uerbum **D**eī carnalibus sine cruce nunciatur. **N**imirum individua ueritatis comes, crux est. **D**enique & **C**hristus, & que **C**hristi sunt, posita sunt in signa quibus ab incredulis contradicatur. **C**eterum his præ uniuersis contradicunt, cultus idolorum, ac carnis figmentorum mendaciorumque.

rumq; patroni, cuiusmodi erant olim sacerdotes Baal & Bethel, & Prophetæ falsi, & nunc Antichristi regnum perditissimum, nempe Papa, cum suis Episcopis, monachis, sacrificis, & alijs id genus pietatis hostibus cunctis. Hi sunt, quorum omne studium est, seducere populum dei, & à uera pietate facere alienum, ut cum hauserint suorum inuentorum mortifera uenena, efficacius omnem eorum substantiam rapiant, & inter eos aliquid esse putentur. Nunquam ideo non inculcant sua mendacia, pro æternis ueritatibus Dei, & impollutam Dei ueritatem, suis abominationibus oppositam, illasq; omnino condemnant, odiunt, nec ullatenus sustinent. Et quia mendaciorum perpetuæ sociæ sunt, hypocrisis, adulatio, & tyrannus, sub sanctitatis facie, & ueritatis zelo ementito, Principibus adulantur et imponunt, ut quocunq; ducant populū domini, & à Deo post suas immūdicias, uel per tyrannidem abducant. Infelicissimū, execrabilissimū, rapacissimum, mendacissimū, pollutiss. damnatissimumq; hominum genus sunt, pseudosacerdotes, falsiq; Episcopi & prophetæ. Quibus Ecclesiæ Dei nullus perniciosior ac nocentior est, quemadmodum & sanctis Episcopis ac prophetis, nullus est desiderabilior, utiliorq;.

En uides, quā insanierit in ueritatem Dei, ac sanctū eius prophetam Amos, idolorum Bethel abominabilis sacerdos, Amasias. Dixit enim apud se, quod & Antichristi factio cogitat: Si apud Israëlitis plebem locus fiat ueritatis, de nobis mox actum fuerit, quemadmodum & sub Achab

chab Rege Israël, per **Neliam** occisi fuere **Propheta** **Baal** quadringenti quinquaginta, & **Propheta** **lucorum** quadringenti. 3. Reg. 18. Nam coram potentissima ueritate mendacum stare non potest, uel ad momentum quidem, modo ipsa ueritas sincere capiatur. Dixit quoque: Pro uocabo **Regem** aduersum **Amos**, ut mox pellatur à terra **Israël**, & non audiatur à populo. Ad nimirum summe precauent, ut non audiantur inconcussæ ueritatis professores, scientes, quod mox succumberent. Quid aliud uides in **Antichristis** & **Sophistis**? Nonne mox extinguere uolunt **Prophetas Dei**, etiam antequam eos audiant? At de his non nihil egimus in **Epistola ad Lothoringorum** **Duce** **cem**, quam huic operi premisimus.

Misit ergo ad **Regem Israël** **Nyeroboam**, non filium **Nabath**, de quo 3. Regum. 12. sed filium **Ioas**, de quo 4. Regum. 14. dicens: **Rebellauit** & c. Ecce adulatorem impium & mendacem. Non rebellabat ex se in **Regem Amos**, sed **Deus** per eum, à quo & mittebatur. Cogit uolum **Deus**, ut prophetaret in **Regem** & **populum**. Quæ prophetia à pseudopropheta rebellio uocata est. Sic & ueritatis hostes, de ueris **Prophetis** loqui consueuerunt. **Sed esto**, uocent nos rebelles, nos rebelles esse uolumus impijs **Principibus**, non his qui bene regunt **populum**, sed impijs & incredulis, in hoc quod ob durissimam uicem in ueritatem **Dei** plurima tentant, & nolunt, ut per eam **deus** regnet in cunctis, sed ipsi soli, absq; **Deo** regere uolunt, et inter ñ nihilominus pro credetib. haberi uolunt. **Professio**

Profecto non rebellabat **Amos** Regi, sed mendacio, & abominationibus eius. **Rebellauit** aut̄ eis, in medio donatus **Israël**, id est, patenter. **Quem** ut grauius offendisse monstraret, exaggerauit factum, subiiciens: **Non poterit terra** &c. **Sensus** est: **Talia** sunt hæc quæ dicit, ut nihil tale prædicare, illi sit, neq; à te, neq; à populo permittendum, quin potius est aut occidendus, aut à terra **Israël** abijciendus.

Adiecit q; tandem apertissimum mendacium: **Hæc**, inquit, dicit **Amos**: **In gladio morietur Hieroboam**. **Sed** ille nihil tale protulerat unquam. **Dixerat** enim ex ore **Domini**: **Consurgam** super domum **Hieroboam**: quod et factum fuit in filio eius **Zacharia**, quem occidit **Sellum** filius **Iabes**. **4. Reg. 15.** **Verũ** cum mendacio isto aliquid simul protulit ueritatis, scilicet quòd **Amos** prædixerat, **Israëlem** à propria terra migraturum.

Vide hostium pietatis callidam malitiam. **Vbi** ueritate se quicquam promoturos desperant, id mendacijs tentant. **Putauit** **Amasias** futurum, ut grauius ferret **Hieroboam** uerbum **Amos** cõtra suam personam dictum, quàm aduersus domũ seu filios suos: ideo mentitus, & uerbum **Amos** immutans, adseruit, q; prophctarat cum gladio casurum. **Verbum** aut̄ aliud non immutauit, q; directe in populũ esset. **Sic** impij miscent ueritatẽ mendacio, quo auidius mendaciũ imbibatur: & dum **Prophetarum** dei sermones referunt, nihil ex eis præter seditionẽ ac tumultum populi exquirunt, unde ipsis populis suadeant, eos tantum cõmotio- num ac tumultuũ patronos esse. **Nonne** hæc sunt, quæ indi-

FRANC. LAMB. IN AMOS

es nostro saeculo ab Antichristis fiunt? Nimirum odio ueritatis commotione ubique excitant, interim de nobis succlamantes: **En** seditionum principes, hereticas, tumultuarios. Sed insaniant & ululet, ut uolunt miseri quod in proximo sit interitus & euersio eorum: quem quanto magis se uilare putant, contradicendo pietati, eo fiunt illi proximiores iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Et dixit Amasias ad Amos: **Qui** uides, grade re, fuge in terram Iuda, et comede tibi panem, & prophetabis ibi. **Et** in Bethel non adijcies ultra ut prophetes, quia sanctificatio Regis est, & domus regni est.

Non legimus regem Amasiae respondisse. Ego puto, quod differente responsione, aut pro nihilo habente respondere, Amasias expectare quicquam noluit, ideo iussit Amos Prophetam, ut abiret in Iudaeam, dicens: Tu quid es, qui adferis ea quae dicis, tibi ostensa sunt a domino, grade re, & abi a nobis, fugiens in Iudaeam, ut prophetes, et uiuas illic. Quasi dicitur: **Nec** panis, nec aliud quicquam necessarium, in terra nostrati tibi administrabitur. Putabat seductor Amos et simile quod eb pugillum ordei, et fragmentum panis prophetabat: quod & pseu doprophetam nostrum saeculi faciunt, ob eiusmodi uiolantes nomen sanctum domini, ad populum eius, quibus dominus maledixit, & eos durius increpat. Eze. 13. **Horum** male artes sunt, mentiri, seducere, rape omnia, & ea sibi debita adferere, persequi sanctos, auferre ab eis panem, occidere, mactare, perdere. **Nolebat**, ut Amos prophetaret in Bethel. **Quare** Ob auaritiam,

COMMENTAR. CAPVT VII. 66

Ob auaritiā, q̄ timeret sibi, ne ob ueritatis sermonē, mi-
nus iuxta carnē haberet quā antē, et ne tā libere non pos-
set r̄: p̄ere multa. Est ne alia causa. Est planē: scilicet, q̄
metuebat, ne luce ueritatis palām fierēt iniquitates eius, et
suorū cōplicum, unde eum disperire forsā cōtingeret. Sed
obmissis his causis, p̄pter quas Propheta sancto contradi-
xit, aliā execrabilem, quemadmodū ipse quoq; execrabilis
erat, adsumpsit, dicēs: Quia sanctificatio Regis, et domus
regni est: hoc est, cultus utuli, à domo Regis ad sanctifican-
dum populū et Regem institutus. Reg. 12. Ecce q̄ eisdem
uocabulis increduli p̄ mendacio, q̄ ubi fideles pro ueritate
uuntur. Verū nihil omnino interi ueritatis habent. Quia,
inquit, sanctificatio est. Mendacium nocentiss. Sic Anti-
christus uocat suā omnium criminū cloacā, Romam, san-
ctā. Itidē suam perditionis sedem, suas bullas, suas sectas, su-
os rasos et cucullatos. Et ipse uult dici, Sanctiss. beatiss. si-
biq; fauētēs iubet adpellari, Christianiss. Catholicos, Reue-
rendiss. Ecclesie dei filios, et se so.ū. cum sua pditiō. ac re-
proba synagoga. p̄ dei Ecclesia, ac spiritualib. uult haberi,
sicq; id genus mēdacijs, et adsūptis p̄peram et in uanū dei,
Christi, ac Ecclesie eius nominib. simplicē fidelū plebem,
à ueritate post mendacia sua multis seculis auertit. Veh-
ementer et amantib. sanctificationes hominū. Enimue
non minus quā sanctificationes sunt, et nihil omnino
efficiunt eorū que promittunt. Terrere uoluit Amasias
fidelem ueritatis ministrum fastigio Regis, sed nihil p̄fecit,
nisi in malum suum. Non enī destitit proinde à sancto mi-
nisterio



FRANC. LAMB. IN AMOS

nisterio uir Dei, quin potius ardentior factus est, nonnulla priorib; adijciens, & ipsa priora cōfirmans & adserens.

PARS QVINTA.

Respondit que **Amos**, & dixit ad **Amasiam**:
Non sum **Propheta**, & non sum filius **Prophetae**, sed armentarius ego sum, uellicans sycomoros: & tulit me **Dominus Deus**, cum sequer gregem. Et dixit **Dominus** ad me: **Vade**, propheta ad populum meum **Israel**.

Non fuit **Amos** à principio, neq; genere **Prophetae**, tametsi uocatus à pastorali ministerio ad uerbū, uerus **Propheta Domini** extitit. Proinde ait: **Nō sum Propheta**, hoc est, non sum adsuetus, nec fui, usque in hunc diem in ministerio prophetandi, nec sum filius **Prophetae**, ut **Esaias**, **Iohel**, & alij nonnulli, sed condicione mea sum pastor armentarius, uellicans sycomoros. Sycomorus rubus est, ferens moros.

Quidam uolunt hoc **Prophetae** uerbum sic capi: **Nō sum propheta**, qui uelim pro pane prophetare, et ob id proficisci in iudeam: nec sum filius **Prophetae** cuiuspiam falsi, sed sum pastor armentarius, habens satis ex armentis unde uiuam. Sed horum pace salua, stupida & frivola haec expositio, nec cōgruit huic loco. Facile enim ex textus circumstantia, ipsissimam enarrationem deprehendes, si

COMMENTAR. CAPVT VII. 67

pe quòd **Amos** uidens insaniam **Amasiae**, prohibentis ser-
monem **Dei**, reddidit rationem, q, à **Deo** missus erat, &
uocatus ab armentis ad prophetandi munus. Idcirco tam
aperte dixit, q, esset pastor armentarius, aduetus scilicet
ad custodiam armentorum, non ad prophetiam: aduetus
quoq; habitare in syluis & montib. ac uictuare fructibus
arborum, atq; ex eis uellere in armentorum cibum. **Quid**
Agnosce mirabile opus **Dei**, q, hominem talibus nunquam
aduetum, **Deus** propheta dignatus fuerit, et uelit per me
armentorum pastore suae sapientiae palam facere occulta, ut
tu, et tibi similes huius seculi prudentes magis confundami-
ni, & simul cum toto populo agnoscatis apertius, meum ser-
monem à domino esse, quo à tali uobis, eo iubete, profertur. **Ni-**
hil enim doctrinae in me est, ut nisi **Deus** in me loqueretur,
quicquam tale possem. **Alia** quoq; ratione, dixit se prius
fuisse pastorem armentarium, nempe, ut ostenderet suo ex-
emplo omnia deserenda, mox ubi **Dei** iussio adcedit. **Tulit**,
inquit, me **Dominus** &c. **Ac** si dixisset: **Vocanti** **Deo** mox
adqueui, et priori ministerio, eo iubete, cui tu contradicis,
abrenunciaui, & tu uis, ut non adqueiam imperio **Dei**,
sed tuo? **Quid** ad me, quid **Rex** aut tu iubeatis? **Na** or est
Deus omni homine: ideo obsistentibus quantumlibet homi-
nibus, quicquid **Deus** iusserit prophetabo.

Et nunc audi uerbum **Domini**. **Tu** dicis: **Nō**
prophetabis super **Israel**, et non stillabis super
domum **Idoli**. **Propter** hoc haec dicit **Dom-**
nus: **Vxor** tua in ciuitate fornicabitur, & filij

tui, & filia tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

Qui non uult sermonem bonum, sermonem benedictionis & paci, maledictioni æquus subiacet. Ideo quia à principio regni decem tribuum, ipse tribus à Hieroboam filio Nabath seducte. 3. Reg. 12. à Deo apostatarunt, et Prophetis Dei obstiterunt, nolueruntq; participes esse sermonum amabilissimæ ueritatis Dei, iustissime sermonem euersiōis suæ audire cōpelluntur, & tandem euertuntur. Et Amos impius, quia ueritati contradixit, et præcepit Amos, ne prophetaret quicquā super aut contra Israël, et ne stillaret, id est, ne minimū quiddam, quasi stillam aduersus domum idoli, id est, Bethel, loqueretur, sic à domino iudicatus fuit. Primum, quia uxor sua erat fornicatura, eo q; uolebat filios Israël fornicari à Domino. Secundo, quia amabat perditionem animarum populi, filij sui ac filia gladio per dēū erant. Tertio, quia terrenus multum adficiēbatur, & uilē la cōquireret, seducebat populū dei, terræ eius erāt funiculo metiendæ ab aduersarijs, qui sibi eas inuicem diuiderēt. Quarto, quia p mendacio habebat, prophetiam de Israël captiuando, ac quia immundiciā et sordem idololatriæ populū docuerat, ipsemet captiuū adus, et in terra polluta, hoc est, inter gentes moriturus prædicitur. Indubie enim extrā Israël terram mortuus est. Et qui noluit in salutem uerū Deum, in suā pernitem falsis dijs fuit inter gētes satiatu-

○ æquus

COMMENTAR. CAPVT VII. 69

O equis et sanctiss simul atq; reueredijs iudicia domini.

Demum quoad **I**sraëlem, scilicet tam ad **R**egem, quam ad **p**opulum attinet, **M**igrabit, inquit, **I**sraël à terra sua. **M**ulta cum patientia illos multos pertulerat annis, et semper **D**eī sermonibus contradixerant. **D**eus autem accerrimus uindex est pro eis, et nō sustinet contemptum eorum perpetuum. **I**dcirco uidens **i**mpios **R**eges ac **P**rincipes **I**sraël sibi uere nunquam adqueuisse, sed semper ueritati cōtradixisse, **p**opulumq; suū eorum impietatib. ac mēdacijs fuisse concordē, ipsoꝝ regnū deleuit, et transtulit **I**sraël in **A**ssyrios, ut patet. 4. **R**eg. 17. quod hic **A**mos prænunciat. **V**iderint hæc qui ueritatem et dilectores eius persequuntur: **N**am impossibile est, eos tandem non abijci, qui **e**ternam **D**eī ueritatem abijciunt.

CAPVT OCTAVVM.

Summarium capituli. **P**rimo ex uisione calathi **K**itz, id est, ficorum, prophetat de **K**etz siue **K**itz, id est, sine **R**egni **I**sraël. **S**ecundo, prophetat aduersum maiorum ac negociatorum tyrānidem in pauperes populi, uicina illis mala prænuncians. **T**ertio, lucis, ac omnis letitiæ priuatione, ac exemplo luctus primogeniti, describit accerbitatem maiorum **I**sraëli imminentium. **Q**uarto, prophetat de exauescenda ac longè perniciosissima fame uerbi **D**eī.

PARS PRIMA.

I 4 Hæc

HAec ostendit mihi Dominus Deus: Ecce uncinus pomorum, & dixit. Quid tu uides Amos? Et dixi. Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me: Venit finis super populum meum Israel. Non adijciam ultra, ut pertranseam eum. Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus. Multi morientur, in omni loco projicietur silentium.

In Hebraeo habentur hic duae dictiones, in prolatione similes, uerū significatione differentes. Prima est **Kuz**, & significat proprie ficus, et nonnulli pomū interpretantur. Secunda, **Ketz**, & significat finem, quā etiam quidam pronunciant sic, **Kuz**. Est quoque & hic alia dictio, scilicet, **Chelus**, canistrum seu calathum significās: unde et iuxta Hebraeos sic debet legi hic textus: Et ecce calathus uel canistrum ficorum. Quod si quis contendit, habere iuxta uulgatā editionem, uncinum pomorum, quod est instrumentum quo trahuntur rami arborum ad fructus carpandos, tum sic accipiet, quod sicut uncino fructus sunt proximiores, quo facilius capiuntur, ita Deus Israelitas uolebat exponere hostibus capiendos. Verū non tam congruit haec enarratio, quā si iuxta Hebraicā simplicitatem aliud dicamus. Proinde nihil morabimur, quid alij dixerint, sed iuxta ipsius Hebraeum textum aliud sentiemus, nempe, quod sit allusio uocabulorum, quemadmodum si quis respicienti syllabā plenam arboribus, quae populi adpellantur, diceret: Quod

COMMENTAR. CAPVT VIII. 69

adspicis? Cui ille: **Hanc insignem populorum syluam. Rur-**
sumq; alius, sumpta occasione à nomine arborum prædi-
clarum, de uarijs totius orbis gentib; loqueretur, dicens: **O-**
quàm præclaram, admirabilem, & hac quam adspicis abs-
q; similitudine insigniorem populorū syluam, **Deus Opt-**
Max. in toto orbe creauit, plantauit, et accrescere fecit. Sic
& intelligendus est hic locus, quem ex editione **Græca**
aut Latina capere nō possumus, nisi simul præscriptæ duæ
Hebrææ dictiones ponantur.

Igitur Amos seruo suo hæc ostēdit deus. **Vidit Kitz. i. fi-**
corū canistrum seu calathū. Et ait illi **Deus: Quid tu uides**
Amos? Cui ille: Calathū Kitz. i. ficorum. Tum **Dominus**
sumpta occasiōe ab hoc uocabulo **Kitz,** de **Ketz** siue **Kitz**
id est, sine **Israëlis** prophetauit, dicēs: **Venit Kitz,** hoc est,
fuis, super **populum meū Israël.** Sensus est: in proximo
est destructio eius, nec ultra differetur. Nam tempus quo
illos ab aeterno punire decreui, in ianuis est. **Israël enim**
transferetur in **Assyrios: Iudas uero in Babylonem.** Non
adijctam ultra, ut pertranseā eum, hoc est, nolo ultra con-
nuere ad eorum impietates, illasq; impunitas relinquere
& præterire. Et eo tempore quo uos puniam, stridēbunt
cardines templi, dum rumpetur & corruet, cum urbe **Hie-**
rusalem, multiq; morientur, et alij in captiuitatem ducen-
tur: tamq; grauis erit tribulatio, ut procul futurum sit ab
omni loco silentiū, pax, tranquillitas, q; omnia præ maloriū
acerbitate, sint gemitibus ploratibusq; replenda.

P A R S S E C V N D A.

I s Audite

Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficiere facitis egenos terræ, dicentes: Quando transibit messis, & uenundabimus merces: & sabbatum, & aperiemus frumentum: & imminuamus mensuram, & augeamus siculum, & supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quisquilias frumenti uendamus. Iurauit Dominus in superbiam Iacob. Si oblitus fuero usque in finem omnia opera eorum: Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: Et ascendet quasi fluuius uniuersus, & ei jcietur, & defluet, quasi riuus Aegypti.

Per hunc Prophetam, hominem alioqui tyrannidis Principum ac diutum negotiatorum expertum, illorum insanias sepe descripsit & arguit spiritus sanctus, ut toto eius libro est uidere. Dicit autem hoc loco specialiter, aduersum eos, quod pauperes contererent, & ad defectum cogere, insatiabili suæ cupiditatis uoragine. Tam enim ardebant ad terrena undelibet congreganda, ut ea causa nihil quantumlibet impium non tentarent. Odiabant tempus messis & abundantie, ut alio tempore ueniente, merces carius uenundarent. Claudebant horrea frumenti, usque in caristie dies. Odiabant sabbata, quibus a mercatione cohibebantur. Imminuebant mensuras, augebant siculum, id est, precium, & stateras dolosas iustis supponebant.

COMMENTAR. CAPVT VIII. 70

ponebant, quibus & mercando utebantur, maioribus emendo, minoribus uendendo. Agebantq; modis omnibus, ut debita pecunia, ac pro calciamentis, hoc est, quauis re uilissima, adstrictos pauperes possiderent, et illis ad omne obsequium uterentur. **N**i merces & frumenta corrumpabant, & quisquias eorum, hoc est, purgamenta, & nihil ualentia, pro optimis uendebant. **E**t quid est quod non tenet, in suum interitum, auara incredulorum mens? **N**am quia **D**eo minime implentur, nec illi (qui solus mentem satiat) herent, insatiabili huius seculi auaritate, ad omnia quantumlibet horrenda pelluntur.

N sunt infidelis pectoris, acerbissimi & execrabiles fructus, quos etiam nostro seculo, in pseudocredentibus et hypocritis innumeris, uniuersis maxime, qui ad **P**apae factionem spectant, manifestius horrendiusq; uidemus, quam omnibus qui nos praecessere diebus. **N**unquam enim tam horrenda facta fuisse legimus, sicut ea, quae ab **A**ntichristis sumus, & ab eis quasi pro sanctis legibus sunt decreta, etiam contra apertissimam **C**hristi iussionem, ut de usuris sub pensionum aut emptionis cesuum abominabili pallio clarum est cernere. **N**i proinde non sustinent ueritatis eloquia, quod eisdem eorum insanie retegantur. **C**ui tamen, quantumuis contradicant, non praeualebunt. **N**am ueritas **D**eī omnia uicit, et manet in eternū. **P**sal. 110.

Igitur eiusmodi tyrannis ac rapacibus domus **I**sraël, praecipit ut audirent **D**omini contra se iudicium exquisitum: iurauit, inquit, **D**ominus in superbiam **I**acob, siue **I**sraël.

FRANC. LAMB. IN AMOS

Israël. Sensus est, quod definierit, hoc est, iudicium immutabile decreuerit, contra superbiam eorum, qui Deo contempto, & non habito proximorum respectu, supra omnes erigere se ipsos uolebant. Nos namq; deprimere & humiliare definierat. Enimvero, proprie iurare in alicuius superbiam, est de eius abiectione & humiliatione definire. Tale autem iuramentum Domini inuariabile est, sicut & sempiternum.

Ait deniq;: Si obliuiscero &c. Multis locis egimus, de eo quod Deus obliuisci aut recordari dicitur, idcirco nunc paucis id tractare sufficiat. Operum impiorum Deus obliuisci dicitur, cum non punit: recordari autem cum punit. Dicit ergo: Si oblitus &c. Qu. di. Eorum minime obliuiscar, non puniendo, sed recordabor, puniendo. Nunquid super hoc non commouebitur terra, et lugebit omnis habitator eius? Sensus est, Ob prescriptas impietates, terra Israël commouebitur, desolabitur, euergetur, omnisq; eius habitator, lugebit, contristabitur, adfligetur. Nam totus populus, ascendet à terra sua, magno impetu, sicut si totus fluius ascenderet à loco suo, & eijciatur, & defluet, in captiuitatem, sub Assyrijs, quasi riuus Aegypti, hoc est, cito & rapidissime, hoc habes apertissime. 4. Regum .17. Nam sub Osee Rege Israël, mira ui, translati fuerunt in Assyrios.

P A R S T E R T I A.

Eterit.

Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Et conuertam festiuitates uestras in luctum, & omnia cantica uestra in planctum. Et inducam super omne dorsum uestrum saccum, & super omne caput caluitium. Et ponam eam, quasi luctum unigeniti, & nouissima eius, quasi diem amarum.

Non est intelligendum ad literam, solem in meridie, descendisse in occasum, sed forsitan non fuerit perperam dictum, si quis eo tempore, solem radios in meridie abscondisse adfirmet. Verum ego id minime adsero, magis autem puto, per meridiem prosperitatem, & per tenebras mala significari. Erant quippe in quodam prosperitatis meridie filij Israël, antequam in eos Assyriorum uenisset exercitus. Dum autem in nihil tale sperantes subito irruit, et cuncta uastauit, quasi tenebrae in meridie factae fuerunt, & lux prosperitatis in noctem uersa fuit.

Ad hanc quoque aduersitatis noctem spectabat, quod illorum festiuitates & cantica, in moerorem & planctum uersa erant. Et saccis operiti fuere, ac capitibus rasi ab hostibus: Aiunt enim, quod sic olim captiui ducebantur. Ego potius arbitror, quod ipsimet praeter tristitia, & capita tonderent, & saccis, id est, uilissimis induerentur.

Et ponam eam &c. hunc locum, quidam de Christi passione

FRANC. LAMB. IN AMOS

perperam enarrant. Nimirum hic est unicus huiusle-
ci sensus, quod Deus comminabatur, diem euer-
sionis Israël, tot malis se impleturum, ut illos ad luctum, quasi su-
per unigeniti morte compelleret, quodq; totus ipse dies
illis usq; in finem futurus erat amarissimus.

Obscrua id fuisse commune Prophetis, ut dolores uehe-
mentissimos, luctui unigeniti compararent.

P A R S Q V A R T A.

Et ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & mit-
tam famem in terram, non famem pa-
nis, neque sitim aquæ, sed audiendi uer-
bum Domini. Et commouebuntur à mari
usque ad mare: & ab Aquilone usq; ad Ori-
entem circumibunt, querentes uerbum Do-
mini, & non inuenient.

Posteaquam de externis Israël malis, & eisdem gra-
uissimis prophetauit. illud quod omnium longe gra-
uissimum est prænuñciat, nempe, uerbi sancti dese-
ctum, quo solo fidelium anime reficiuntur, & illi creden-
tes uiuunt. Næc fuit grauisima omnium plagarum, quas
immisit Dominus Israëlitis, in Assyrios translatis. Quia
enim in proprijs terris, noluerunt audire Prophetas Dei,
absq; illis in terris alienigenarum habitare coguntur.

Per id autem, quod ait. Et commouebuntur &c. signifi-
ficatur

ficatur quod nullibi quam: unlibet circumirent, inuenirent sermonem Dei pure nunciari. Recte uero famem et sitim, hanc uerbi indigentiam uocat, quod nullus unquam tam esuriat & sitiatur, corporis cibos ac pocula, sicut anime electorum uerbum ipsum. Denique, neque cibus aut potus, neque aliud quiduis, nobis est plus illo necessarium, quod mox illo deficiente, non nisi mors et perditio esse possit.

Hæc est terribilis & expauescenda maledictio, terreni diuinique flagellum, cui heu multis sæculis totus orbis subiicitur, & obnoxius fuit. Quæsitum namque fuit ipsum uerbum, & in hunc usque diem, ipsum quantumuis ad id uigilaremus, circuiremus, niteremur, non reperimus. Et indubie non minus de præteritis errorum diebus, hæc propheta capitur, quam de temporibus ante Christum natiuitate enim de Israelitis iuxta carnem, intelligenda est, ut tamen ipsam ueritatis famem in toto orbe futuram prænunciaret. Vbi obsecro, aliquot annis post Apostolos, ipsa ueritas fuit sincere annunciata? Quis est scriptor uerbum, ea qua opus est puritate docuit? Nonne impurissimæ hominum doctrine, & execrabilis mundi sapientia, omnem doctrinæ Christi dulcedinem amaricarunt, omnem pulchritudinem sedarunt & gloriam subobscurarunt? De quibus multa tractauimus alijs locis, maxime autem libro de sacro coniugio, prioris positione, in qua Antithesim, uerbi Dei et inuentorum hominum scripsimus.

At tempus amabilissimum redijt, quo famem quam immiserat, temperare dignatur, sed qui sunt ex Antichristi coniuratione,

FRANC. LAMB. IN AMOS

coniurationem, nolunt ut Dei populus uerbi sancti pane
reficiatur. **O** seuissimam ac brutaliſſimam gentem, quæ à
sordibus mendaciorum, neq; surgere uult, neq; alios sur-
gere permittit. Sed quid facit omnipotens Deus? sollicitat
populorum uerbum suum famentium corda, ut omnes eiu-
am Principes, illis interdicens ipsum uerbum, à se pro-
pellere uelint, ut qui per idem uerbum, Deum nolunt re-
gnare in populo suo, ipsi quoq; à suis sedibus expellantur.

Mirabilis Deus in iudicijs suis. Ego causam eorū, qui
non nisi in mendacio uerbum suscipiunt, ex eo non spiri-
tus sed carnis libertatem querentes, huiusmodi agere
uolo, quàm modis omnibus detestor. **Verū** neq; Antichri-
storum Principum, eorum uidelicet, qui sub pallio uis
gladij, à Deo constituti, contra Deum **Opt. Max.** ac ueri-
tatem eius insaniunt, execrabiles conatus, pro iustis habe-
bo. De his maxime Principibus loquor, qui pro Christi-
anis à cunctis haberi uolunt, cum nihil minus sint. **At** de his
nonnulla, & in **Epistola**, huic libro præmissa egimus, &
in **Tone allegorij**, Deo propitio agemus.

Quid dicent ad hanc Prophetiam, Antichristus &
Propheta eius? **Opponunt nobis,** ut probent eorum men-
dacia fuisse ueritatem Dei, quod non potest deficere Ecclē-
siae fides, quod **Christus** nō deseruit **Ecclēsiam** ipsam, qui
deseruisset, si aliena à pietate doceri permisisset. **O** insignis
argumentum, dignum sophistis illis stupidiſſimis, aduoca-
tiſſimisq; hostibus **Christi.** **Quis nostrū ait defecisse Ecclē-**
siae fidem, aut illi Christum non adfuisse? **Sed cæci illi fra-**
cunt

ciunt e Satane synagoga Ecclesiam Dei, putantes eam si-
 tam, in Papa, Cardinalibus, Episcopis eius, Monachis, Sa-
 crificis, et alijs id genus idolis mundi. O quam pulchram
 Christi Ecclesiam, sine macula & impietate. O quam be-
 ne de ea dici potest: Tota pulchra es. Nonne rectius, sicut
 & uere est, dicitur, Ecclesia malignantium, Satane syna-
 goga, spurcissima, scedissima, damnatissima, execrabilis-
 sima, carnalissima, plenaq; omni peccato. Certe in hac
 Ecclesia nulla omnino est Dei fides. At in electis Dei est
 uera fides, nunquam deficiens, in Ecclesia eorum, etiam si
 ex ipsis multi aliquid quando absque fide sint. Quia uerunta-
 men eos perire impossibile est Ioan. 10. q. ex ouibus Chri-
 sti sint, ideo fit in eis Dei misericordia, ut uere credant. E-
 orum autem fides in Dominum pura est, etiam si speciali-
 ter in multis, quid eos credere oporteat, ignorent. Sem-
 per enim animo dicunt illud Psal. 107. Paratum cor
 meum Deo, paratum cor meum. Credunt namq; in Do-
 minum **IESVM** Christum, pro fidelium salute natum &
 passum, et inde salui fiunt, etiam si in alijs aberrant. Nam
 quod aberrant, illis minime imputatur, quod ex animo no-
 errent, paratiq; sint semper ueritatem edoceri: imo & id
 toto corde querunt & concupiscunt. Mirabilis Deus in
 Sanctis suis, quos ob fidei synœritatem, etiam in medio for-
 nacis ignorantia & errorum seruat, non minus quam Si-
 drac, Misac, & Abdenago, in medio ignis. Hi sunt de qui-
 bus scriptum est: Beatus uir cui non imputauit Dominus
 peccatum. Psal. 32. Et his adest Christus, uigilatq; super e-

K os iis

os indefessus & peruigil, non dormit, neque dormitat eos
custodiens, ne inter quosuis errores dispareant. Sic saluos
factos fuisse non dubitamus, Diuum Franciscum, Domini
cum, Benedictum, Hieronymum, Augustinum, Bernardum,
& similes. Quod si quis nos putat illis esse iniurios,
uideat eorum scripta, & reperiet, quam sepe se multa in
ignorasse scripserunt: quod uel in solis Hieronymo & Au
gustino maxime deprehendes, quorum iudicia in scripturis
sequi, nonnulli putant necessarium, non uidentes, q. neque
etiam ipsi, pro necessarijs sua commentaria tradiderunt.
Demum neque ipsi proprio testimonio certi erant, de his
que sepe docebant, imò erant maxime perplexi, quod &
faterentur. Quomodo ergo ad illa cogemur, unde non nisi
perplexi efficiamur? Et uere ipsi noluerunt eorum scri
ptis fidem tribui, nisi quatenus testimonium habere pote
rant à literis sacris, que sola absq; iudicio legēda sūt, etiā
si non omnia capiamus. Nam omnium hominum alia scri
pta, tam nostra, quàm eorum qui nos præcæserunt, legē
da sunt cum iudicio, quod à diuinis literis procedat.

Negant nihilominus Antichristi Prophetæ præscri
ptum iudicium Domini, quo nūsit in terram uerbi sacrat
tissimi famem. Certe à mundi principio non defuit Eccle
siæ fides sicut neq; ipsa Ecclesia in electis sita, non defuit à
mundi constitutione, & illi nunquam defuit spiritus Chri
sti, nec deficiet usq; in finem. Verum electos à reprobis,
non facies rerum externarum, sed ipsa Dei gratia diuidit.
Et hæc

Et hæc gratia, etiam absque omnium mysteriorum Scri-
pturæ cognitione est. Nimirum illam Deus tribuit, sicut
et quando, ac quantum uult. Et quemadmodum spiritus
fidei, non defuit, nec deesse potest in Ecclesia Dei, ita
in Synagoga reproborum, nunquam defuit, nec deesse
potest spiritus incredulitatis. Et cum pauci sint electi, et
tiam ex uocatis, et paucorum sit uera fides, spiritus men-
dacijs, qui in maxima incredulorum multitudine fuit,
tam præualuit in orbe, ut etiam aberrarent post eum san-
cti Dei, per ignorantiam, et sic iudicantur Deo. Verum
in errorem haudquaquam missi fuerunt, hoc est, toto
corde illi minime adqueuerunt, et parati erant, imò
cupiebant semper doceri perfectiora. Ego pro re per-
suasissima habeo, nullum unquam electorum fuisse, qui
pleno corde adqueuerit mendacijs Antichristi. Et fate-
or olim me in eisdem semper fuisse dubium, quantumlibet
de ipsis tractarim, docuerim, ac scripserim, sed per i-
gnorantiam aberrau, donec mei fuit misertus DOMI-
NVS, et sensim agnouit lucem ueritatis suæ, errorum-
que tenebræ abierunt.

Fuit ergo huius uerbi fames, et erroris spiritus, et
tiam in electis, sed ob præscriptam fidei simplicitatem, in-
piti errores haudquaquam illis fuisse imputati. Et iuxta
Prophetæ huius uaticinium, non fuit in toto orbe inuenta
ueritatis prædicatio, diebus plurimis, quæ tandem hoc se-
licissimo seculo inuenta est, sinum misericordiæ suæ ape-
riente Deo. Vch, perditio, et interitus ppellentibus can-

K 2 Nonnul-

FRANC. LAMB. IN AMOS

Nonnulli præscriptam de fame uerbi prophetiam, de
solis israelitis ac eorum terra dicunt enarrandam, sed ab-
sit, ut quod in genere dictum est, aliter quam uelit ipsa te-
xus simplicitas, capiamus. Nimirum hic locus à mari us-
q; ad mare, nõ de mari mediterraneo, ac mari Galilææ ca-
pitur, sed modus est loquedi, quo omnis terra significatur.

In die illa, deficient uirgines pulchræ, & adu-
lescentes in siti, qui iurant in delicto Samariæ,
& dicunt: **Viuit Deus tuus Dan,** & ui-
uit uia **Bersabeæ.** Et cadent, &
non resurgent ultra.

Non de aliqua siti corporea, ut nonnulli uoluerunt, hic
locus est enarrandus, sed de perniciosissima uerbi Dei sa-
ti, quam præcedente uersu uenturam dixit. Ait ergo:
In die illa, id est, cum captiuati fuerint israelitæ, à quo
tempore in eis coepit ipsa fames, Prophetis ab eis, Deo
iudicante, ablati, uirgines pulchræ & adulescentes, qui
nunc iurant in delicto Samariæ, id est, uitulorum cultus,
qui maxime à Regibus israel qui regnabant in Samaria,
fuit excogitatus. Dicuntq;: **Viuit Deus tuus Dan,** nempe
pe uitulus. Enimvero è duobus unus ibi positus fuit, ter-
tio Regum duodecimo. Et uiuit uia **Bersabeæ,** que erat in
israel, ad differentiam **Bersabeæ iuda,** de qua tertio Re-
gum decimonono: **Uenit Helias in Bersabeæ iuda.** Por-
ro in **Bersabeæ israel,** uigebat **Idolorum cultus,** & ob id
iurabant per uiam **Bersabeæ.** Dictæ, inquam, uirgines
& adules

COMMENTAR. CAPVT VIII. 75

et adulescentes, hoc est, omnes utriusque sexus, qui abiecerunt **DOMINI** fiduciam, sicut, hoc est, defectu ueritatis peribunt.

Qui autem potissima euerfionis Israel causa fuit, idololatria, ideo mox subiungit: **Et cadent** &c. Quasi diceret: Propter ipsam idolorum abominationem, sic cadet ipsorum regnum, ut nunquam sit restituendum, sicut neque fuit. Quid putas obsecro, o lector fuisse hoc iuramenti per delictum Samariae, crimen, quam quod toto miserabili errorum seculo obseruatum est, nempe, quod iurauit illic per idolum huius templi uel illius, et adseruimus dicta nostra testimonio mendaci, deo spreto. Ille iurauit in brachio **Anthony**, alius in capite **Iohannis**, alius autem in aliud quiddam quod inuocauit, et in quod fiduciam habuit, quae in solum **Deum** est habenda, et qui solus est inuocandus. Et quis enumeraret abominationes, quae in hunc usque diem, sub **Antichristo** fuerunt? Quid nobis cum tot idolis? Profecto haec fuit potissima sanis praescriptae ratio, quod mendacium dileximus, et **Idola Dei** uice coluimus, et nihilominus interim uoluimus pro credentibus haberi, non minus hypocrisis, quam factis **Deo** abominabiles. **Idola** autem nostra fuerunt, omnia in quae fiduciam habuimus, quam soli **Altissimo** debebamus.

CAPVT NONVM.

Summarium capituli. **Primo**, duarum tribuum et templi euerfio.

FRANC. LAMB. IN AMOS

pli euerfionem, & quod nullus fit Dei manum euasurus, prænunciat. Secundo, agit de captiuitate ipsarum tribuum, & de Domino insignia multa prophetat. Tertio, totius Israël's ingratitude[m] carpit. Quarto, adferit domum Iacob nunq[ue] omnino contere[n]dā. Quinto, prophetat aduersum incredulos, q[ui] sint disperituri. Sexto, Dauidis tabernaculum, quod cecidit, suscitandū prædicit. Septimo, prophetat de insigni gloria & abundantia populi Israël.

P A R S P R I M A.

Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem, & commoueantur superliminaria. Auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam. Non erit fuga eis. Et qui fugerit ex eis, non saluabitur. Si descenderint usq[ue] ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint usque ad cælum, inde detrahā eos. Et si absconditi, fuerint que in uertice Carmeli, inde scrutans auferam eos. Et si ceperint lauere se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos. Et postquam oculos meos super eos in malum, & non in bonum.

Hæc uisio

Hæc uisio est aduersum regnum Iuda, eius euersio=
nem præsignans. Vidit autem spiritu, Dominum
stantē super altare, scilicet holocaustorum templi
Hierosolymæ, dicentē, hoc est, mouentē & excitātem eos,
per quos uoluit implere sequentia, nēpe Chaldeos p̄ quos e=
uersi fuere. 4. Reg. ult. 2. Para. ul. et Hier. ult. Percute cardi=
nē, et cōmoueantur superliminaria, nō dubiū quin templi.
Per quod significatur, eiusdem templi ruina et destructio,
itiem uniuersæ Hierosolymæ. Huius autem præcepti atq;
iudicij causam subdit, dicens: Auaritia enim est in omni=
um capite, hoc est, in uniuersis, ideo illos usq; ad nouissi=
mum gladio interficiam. Non intelligitur, quod omnes o=
mnino, sed quod ex omni conditione occidendi erant.

Non erit fuga eis, supple, tuta. Nam qui fugerit ex
eis, non saluabitur, sed in hostium manus cadet. Si descen=
derint & c. Per ea quæ his quatuor uersibus habentur, si=
gnificatur, quod nullibi tuti & salui essent à facie iræ Do=
mini, posteaquam illos perdere uolebat. Nam quò ibimus
à spiritu Dei, & quò à facie illius fugiemus? Psalmo. 131.
Vbiq; enim est, & omnia implet. Hieremie 23. Non est
igitur, qui de manu eius possit eruere. Iob. 10.

Et si abierint, id est, cum abierint in captiuitatem, ibi
mandabo gladio, & facile ab eorum inimicis interficien=
tur. Hoc maxime de diuinæ legis contemptoribus capitur.
Indubie nimirum qui ex Israël timere Dominum, & in
eum crediderunt, coram ipsis hostibus misericordiam in=
uenere. Liqueat enim ex circumstantijs prophetiæ huius,
K 4 quod

FRANC. LAMB. IN AMOS

quòd sit præsertim contra eos, qui à Deo per Idololatriam
& sermonum eius abiectiōnem fornicati fuerant. Proinde
de Tobias sanctus, & similes, coram Assyriorum Regibus
ac Principibus gratiam repererunt, de quo & docuit fili-
um suum uir sanctus. Thob. 4. Noli timere fili. Pauperem
quidem uitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timu-
erimus Deum, & recesserimus ab omni malo, ac bene fece-
rimus. Et Tobie tertio, Sara dixit in oratione sua: Hoc
pro certo habet omnis qui colit te, quia uita eius, si in pro-
batione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit,
liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam
uenire licebit. Porro uterque, id est, tam Tobias quam Sa-
ra, erant ex Israëlitis, translatis à terra sua, & illorum
misertus est **DOMINVS**, nec mandauit gladio, ut
interficeret eos. Vides ergo, quàm uerum sit, præscri-
pta uerba de impijs & apostatis capienda, super quos,
non in bonum, sed in malum, oculos suos posuit, hoc est,
adfixit, & durissimis malis puniuit.

Obserua, ex eo quod Deus ait, se gladio interfectu-
rum, ab inferno, uel locis infimis & abditissimis, manum
suam israelitis à se apostatantes educturum ad poenam,
detracturum è celo, locisue altissimis: scrutaturum in
montium uerticibus, & eos inde ablaturum: mandatu-
rum serpenti, ut mordeat: & gladio, ut interficiat. Exe-
iusmodi, inquam, locutionibus, ostenditur, quòd uniuersa
Deus operetur, & quòd, sicut habuimus supra cap. 3. non
est malum in ciuitate, quod non faciat Dominus.

Pars secunda.

Et Dominus Deus exercituum, qui tangit terram, & tabescet, & lugebunt omnes habitantes in ea. Et ascendet sicut riuus omnis, & defluet, sicut fluius Aegypti. Qui edificat in caelo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit. Qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terrae, Dominus nomen eius.

Prophetis dei, omnibus scilicet ueris Dei eloquiorum ministris, hoc est commune, ut inter Euangelizandum, magnitudinem ipsius Dei annuncient. Proinde in libris Mosi, & prophetis, passim tale quiddam legitur: Hec dicit Dominus Deus exercituum, Deus omnipotens, Deus Sabaoth, Deus uirtutum. Magnus Dominus, & magna uirtus eius, & magnitudinis eius non est numerus. Quam bonus Israel Deus & his similia multa, quod supra cap. 3. & 5. & hoc loco Amos sublimiter fecit. Dei magnitudinem, permixtim alijs prophetijs inculcans, unde hi qui audiebant prophetias eius, ipsis magis adquiescerent, nec ullatenus futura dubitarent, quae tam excelsus se facturum praenunciari iubebat.

Ait ergo: Et Dominus Deus exercituum, supple, est, qui tangit terram, flagellis suis (quae tactus quidam manus

K s eius

FRANC. LAMB. IN AMOS

eius sunt) & tabescet, evertetur, ac destruetur. Propter quod lugebunt omnes habitates in ea, qua flagellari. Quia aut maxime aduersum Israel prophetat, subiungit: Et ascendet &c. Idem habes cap. prec. & ibi exposuimus.

Qui edificat &c. Qua ratione hic uersus magis sit enarrandus, non satis definire ualemus. Verum quamlibet subiunctarum expositionum susceperis, non puto, imo neq. erit inconueniens.

Prima. Deus in caelo ascensiones suas edificare dicitur, quia in eo maxime magnalia sue glorie ostendit. Quasi enim beatis Angelis & electis, ascensiones fabricat, dum eos ad suam magnitudinem agnoscendam, super se ipsos leuat, & ipsi per eas continue ascendunt & descendunt, dum in Deo uniuersa condita, & in eis illius altitudinem meditantur. Fundauit aut Deus super terram fasciculum suum, dum totam orbis machinam condidit, & omnibus terram mediam, ut centrum, ac quoddam reliquorum fundamentum fecit. Siquidem tam magno & sublimi opifici, quid orbis ipsum est, nisi fasciculus quidam, nisi res minima? ipse etenim est, qui tribus digitis molem terrae adpendit.

Alia. Deus in caelo, in Ecclesia & singulis fidelibus, edificat ascensiones suas, dum in eorum animis sui spiritus lumine facit, ut a terrenis ad Deum, & a uisibilibus ad inuisibilia adsurgant. Ascensiones in corde Pauli erant, cum ait Phil. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quid enim est, Deum cupere, nisi ad illum corde ascendere? In hoc ascensu erat qui dixit Psalmo. 83. Quam dilecta tabernacula

cula tua domine uirtutū, concupiscit, & deficit anima =
mea, in atria domini. Cor meū, & caro mea, exultauerūt
in Deum uiuū. Etenim passer inuenit sibi domum, & tur-
tur nidum ubi reponat pullos suos. Altaria tua Domine
uirtutum, Rex meus, & Deus meus. Beati qui habitant in
domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Bea-
tus uir cuius est auxilium abs te. Ascensiones in corde suo
disposuit, in ualle lachrimarum, in loco quem posuit. Ete-
nim benedictionem dabit legislator. Ibunt de uirtute in
uirtutem, donec uideatur Deus deorum in Sion. Quid in
prescriptis omnibus uides, nisi sacratissimas ascensiones
ad dominum? Quere scelicem animam, quæ a Deo adce-
pit, ut ita ascendere possit.

Ipsē quoq; Dominus, ex electis quasi fasciculum super
terram facit, & fundat, dum eodem spiritu, eademq; fi-
de, unum ex eis facit, & id quidem in terra primū, ideoq;
ipsum fasciculum in terra fundare dicitur. Ipsē quoq; ele-
ctorum fasciculus domini esse dicitur, quod eius pars &
hereditas uocentur. Vtraq; expositio bona est, uerū pri-
ma, est textui germanior.

Qui uocat aquas &c. Nunc uersum habes etiam, su-
pra cap. 5. quem ibi enarrauimus. Summa. Nis ostenditur,
omnipotentia Dei, & quod uniuersa operetur.

P A R S T E R T I A.

Nunquid non, ut filij Aethiopum uos estis
mihi,

mihi, filij Israel: ait Dominus. Nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti, & Palestinos de Cappadocia, et Syros de Syrene? Ecce oculi Domini dei super regnum peccans, & coteram illud a facie terræ.

Filij Aethiopum dicuntur, quod sicut Aethiopes idolorum immundicia pleni essent. Denique ob eiusmodi illorum fornicationes, Aethiopum nigredini admulantur. Quorum ingratitude carpit durius, quod non agnoscerent misericordiam Dei, qui ex Aegypto, in terram lacte & melle fluentem, hoc est, fecundissimam ascendere fecerat, dicitque. Nunquid non Israel &c. Quo sermone ostendit, quod ipse sit, qui regna & imperia, sicut uult aufert, & tribuit. Proinde autem, alienigenarum ab eo translatorum, exempla proponit, ut eorum superbia, & inanis gloriatio deprimeretur. Gloriabatur enim se esse populum Domini, pro quo maxime, Deus sollicitus esset. Ceteros autem aspernabantur, quasi nihil de eis spectaret ad Dominum. Ideo se omnium habere providentiam ostendit, dicens, quod Palestinos de Cappadocia, et Syros a Syrene ascendere fecerit. Et quoniam eius est omnis terra, & plenitudo eius, ait se aduigilare super omne regnum, ut impia est terra prorsus exterminet.

Nihil ergo tribuant Principes terræ suis uiribus, & consilijs, quod nihil omnino nancisci ualeant, nisi id decreuerit omnipotens Deus. Sciant quoque uniuersi, non aliter unde esse

unde esse quod regna Deo iudicante evertuntur, quam a
criminiū multitudinē. Propterea hi per quos Deus alios
exterminat, expauescant, nam & ipsi peccatores sunt.
Contriuuit multos per **A**Egyptios, & **I**sraēl destruxit, per
Assyrios, demum & **A**ssyrios et **A**Egyptios, evertit per
Chaldaeos, demum **C**haldaeos per **M**edos & **P**ersas, & sic
de reliquis gentibus. **M**irabilis Deus in iudicijs suis. Ipse
populo uno, quasi uirga furoris sui, alium cedit etiam
usq; in hunc diem.

P A R S Q V A R T A.

Veruntamen conterens non conteram do-
mum **I**acob, dicit **D**ominus. **E**cce enim man-
dabo ego, & concutiam in omnibus genti-
bus domum **I**sraēl, sicut concutitur triticum
in cribro, & non cadet lapillus super terram.

Qui gentes alias usq; ad internitionem aliquando cō-
terit, ita ut uix eorum aliquod uestigium supersit,
nunquam domum **I**acob est similiter contriturus.
Reliquae enim **I**sraēl saluae fient. **E**t sicut in **O**sea, ac non
nullis alijs locis diximus, et probauimus, ingressa in **C**hri-
sti **E**cclēsiā **G**entium plenitudine, totus quoq; **I**sraēl in-
troibit. **D**e his intellige, qui ad uerum semen **A**brahae, ue-
rumq; **I**sraēl spectant, nempe electis. **F**utura enim est infi-
gnis & patens eius populi conuersio, quemadmodum cū
nonnullae

nonnullæ regiones ueritatem suscipiunt, etiam si plurimi ex illis eidem minime consentiant. Profecto aliquid præclarum facturus est Deus, de populo ipso Israël, etiam iuxta carnem, & miram in Ecclesia ex eorum conuersione gloriam futuram, mihi est persuasissimum. Nimirum non potest irita fieri promissio dei. Videmus enim, omnia impleta etiam iuxta carnem, siue externe, quæ de illis prædicta erant, promissa Abrahamæ, Isaac, Iacob, Dauidi, & cæteris, demptis his, quæ de ultimis diebus prænunciata fuerunt. Seruiuit nanque Abrahamæ semen Aegyptijs, & ab eis cum ingenti gloria liber factus est, habuit terram illis promissam, erransq; ab ea pulsus est Israël, hoc est, regnū decem tribuum in Assyrios, Iudas uero in Babylonem. Et non est soluta captiuitas Israël, Iudas autem post annos 70. redijt in terram suam. Hierusal:m quoq; & templum reedificata sunt. Denum ob Christi & uerbi eius potentiam maior fuit gloria domus huius nouissimæ, plus quam primæ, quæ alioqui siue externe multo minor fuit. Non fuit ablatum sceptrum à Iuda, donec ueniret semen illud, nēpe Christus, in quo omnes gentes, benedictionem fide sue sceptræ erant. Venit autem, natus ex impolluta uirgine, cui contradictum est, à Regibus, & Principibus terræ Israël, etiam cum adhuc puer esset, ita ut proinde in Aegyptum abierit, sed ex ea uocauit Deus filium suum. Deniq; eo usq; progressa est gentis suæ impietas, ut aduersus illū prouocarūt alienigenas, Pilatum scilicet & suos, & simul cum eis damnauerunt illum obprobrio crucis, & negauerunt

runt illum esse, quod erat. Propter quod abiectus est, ne
 esset ultra Domini populus, & abscessi sunt, dispersiq; in
 omnem terram. Et sic contrita est domus Iacob, uerum
 non sic, ut absq; ulla spe. Quod & hoc loco Prophe-
 ta noster ait, aut ut propius loquar, Deus per eum. Ecce
 mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum
 Israël, & c. Vel, ut septuaginta habent: Ego præcipio, et
 uentilabo in omnibus gentibus domum Israël, sicut uenti-
 latur uentilabro. Quod quàm uerum sit, nemo non uidet.
 Decem namq; tribus, etiam Hebræorum testimonio, adhuc
 captiue sunt & obclusæ, duæ uero per orbem dispersæ et
 sedent omnes à multis diebus, iuxta Osee uaticinium ca. 3.
 sine Rege, sine Principe, sine Ephraim & c. & expectant
 Christum, nescientes eum uenisse, qui uenit. Siquidem ue-
 nientem minime agnouerunt, & neq; id quidem potue-
 runt, quod cæci & carnales essent, & iam multum quidē,
 ut ipsum mundi Seruatorem, turpissimo genere mortis cō-
 demnarint. O iudicij diuini abyssum profundissimam, qui
 per hypocritas populi sui mundi restorationem, quæ
 morte uerbi sui incarnati fienda erat, adimplere uoluit.
 Ob id reprobati sunt, & gentes in Ecclesiam admixtæ in-
 signi & patenti conuersione: Cæterum de Israël, hoc ne-
 cesse est sentire, quod non cadet ex eis super terram, uel
 capillus unus, id est, nullus ex electis eiusdem populi dispe-
 ribit, quod & de electis aliarum gentium tenendum est.
 Nam sunt oues illæ, Domini IESU, quas non rapiet qui
 præterit à manu eius. Ioan. 10. Proinde Lu. 21. ait discipulis suis,
 & in eis electis

FRANC. LAMB. IN AMOS

Et in electis omnibus omnium gentium, qui ad semen Abrahæ, et ad domum Israël spectant. Capillus de capite uestro, non peribit.

Restaurabitur ergo Israël domus, etiam iuxta carnem. Iuxta carnem dixi, non quod putet quispiam me se qui uelle iudaicas fabulas, de regno Christi externo, de re edificatione Hierosolymæ et templi, ex lapide precioso, et id genus nenas, sed quod gloriosa et aperta erit illorum conuersio, ut ex Paulo. Roma. ii. est uidere. Nam si delictum et imminutio eorum, sunt diuitiæ gentium, quid putamus futuram illorum plenitudinem? Et si reiectio eorum fuit reconciliatio mundi, quæ erit adsumptio, nisi uita ex mortuis? Propter incredulitatem defracti sunt à sancta radice, ut Dei populus, sicut eorum patres sint. Sed potest esse Deus dare illis spiritum fidei, et denuo inserere illos, facereque ut quemadmodum carne, ita et spiritu, uerum semen Abrahæ sint. Quod et faciet. Nam secundum electionem sunt Deo ob eorum patres charissimi. Dona quoque et uocatio siue electio Dei, eiusmodi sunt, ut eorum illi poenitere non possit. Datum autem Dei fuit, Abrahæ semini, et ad id electum præ cunctis nationibus atque uocatum est, ut in eo maxime sua magnalia palam faceret, errantibus uapularet, et corrigeretur, sed non omnino exterminaretur, ut multi ex reliquis gentibus, promissaque illi fuit reparatio, in pactum salis, hoc est, sempiternum et incorruptibile, quemadmodum et sal conseruat à putrefactione. Ob id dicitur. Esaiæ. 59. Cur uenerit quasi fluitans uoluitus,

lentus, quem spiritus Domini cogit, et uenerit Sion redemptor, & his qui in Iacob, id est, ex domo eius, redeunt, id est, conuertuntur ad Dominum ab iniquitate, hoc fœdus meum cum eis. Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus, a modo, et usque in sempiternum. Quæ uerba Paulus Ro. 11. de ultima Israelis conuersione interpretatur, propter quod & de illa capienda sunt.

Non desunt autem, qui prorsus negent ipsam, de qua agimus, Israelis apertam conuersionem, quod certe à uerbi syncretitate alienum est. Nam quemcumque sensum, alium à præscripto, ad dictum Pauli textum attuleris, non congruet textus simplicitati. Ego omnino adsero, futuram tam insignem dictam conuersionem, ut aperte omnes gentes sint cogniturae, quæ non exciderit sermo Dei. Nimirum qui eos in tam graui cecitate posuit in bonum gentium, ipse donabit eis, ut reuertantur, ad eum quem non agnouerunt, et resipiscant, & pauebant ad summum bonum eius, quem mortuum arbitrabantur, & adorabunt eum in nouissimis diebus. Ego non sum Israelita iuxta carnem, uerum de Israele, ob aperta Dei scriptorum testimonia sentio, quæ non, ut quidam, perperam et imprudenter, eorum conuersio fiat quotidie in nonnullis paucis, de quibus uix quicquam scitur, sed quod erit præclara, mirabilis, gloriosa, & cunctis in gloria Dei nota. Et profitebuntur aperte omnibus ac predicabunt Christi gloriam, & multum omnino ex eis Dei Ecclesia illustrabitur. Nam ut diximus, Paulus adserit eorum conuersionem

L. futuram

futuram mundo, quasi uitam ex mortuis. **Q**utinam uide-
rem hanc gloriam Israël, & particeps fiam benedictio-
nis eius, quæ erit, cum ex eis & gentibus uere conuersis,
fiet unum ouile, sub uno pastore **C**hristo. **S**cimus denique
ex **P**aulo, omnes uniuersarum gentium electos, ad semen
Abramæ, domumq; Israël pertinere, quos certum est, disse-
rire non posse. **S**cimus quoq; & ipsam iuxta carnem Isra-
ëlis domum, typū gerere **E**cclésiæ **D**eï, cuius causa omnia
illis in figura contangebant. **P**ropterea, ut aptius quod
figurat, in se exprimat, necesse est, eam perpetuam esse, et
tandem non abijci. **N**am uniuersi aliarum gentium electi,
sic sunt filij promissionum **D**eï, ut tamen primū electis ex
domo ipsa Israël factæ sint. **C**hristus ait **M**atth. 15. **N**on
sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, quod
non potest de sola Israël domo, iuxta carnē intelligi, sed
de uniuersis electis, pro quib. etiam seruandis uenit. **N**am
ipse est illud semen, in quo omnes gentes benedictionem si-
de suscepturæ erant. **V**erum id primum de ipsa Israël is ex-
terna domo capitur. **I**deo & primum illis prædicauit, ad
quos primum missus fuit.

Paulus ubi supra, ait, cæcitatem ex parte Israël conti-
gisse, donec in **C**hristi **E**cclésiā introierit gentium pleni-
tudo: quod postquam aduenerit, tum & ipse Israël intra-
bit, hoc est, ad **D**ominum conuertetur, & sic totus Israël,
non dubium quin omnes qui spectant ad domum Israël,
& uerum **A**bramæ semen, sunt q; filij promissionum **D**eï,
uidelicet uniuersi electi, ex Israele & cunctis gentibus con-
gregati

gregati, salui fient. Implebitur autem, quod Propheta
 noster dicit: **N**on peribit lapillus ex eis, nempe ex electis,
 primum, qui iuxta carnem ab **I**sraele prodierunt, denique
 ex electis gentium reliquarum.

¶ Si quid ultra locutus fuero de **I**sraël, hi quibus sola que
 somniarunt, placent, me ineptire et **I**udaizare arbitrabi-
 tur, quibus respondeo, pro gloria esse mihi apud dominū,
 & ab id genus somniatoribus, scripta nostra in diuersum
 rapiantur. **N**am eorum maledictus ueritas solidior reddi-
 tur, & eo me uerius locutum fuisse arbitror, quo plus il-
 lis displicuero. Idcirco posteaquam cœpi de **I**sraële scribe-
 re, nonnulla subijciam, que si **C**hristus me, & uita, et suo
 spiritu dignabitur, in ultima **E**zechielis parte, nempe à tri-
 gesimo quarto capite usq; in finem, plenus interpretabi-
 mur. **I**dem apud **A**pocalypseos finem.

¶ Si uir, ne prescriptis subsannatoribus cæcis, parum in
 epus uidear, & inde gloriar in **D**omino, præter id quod
 adserui ex uerbo **D**omini, de ultima **I**sraëlis conuersione,
 dico impium esse, negare congregationem **I**sraëlitarum in
 montes & terras eorum, quos ego puto, tametsi non adse-
 ro, ibidem fore congregandos. **N**imirū hoc à priore sentē-
 tia pendet. Multis enim scriptorum **D**eī argumentis, id ad-
 serere compellor, quod montes **I**sraël **E**cclēsiā **D**eī figu-
 rant. **S**ed quis tuto negare potest, ipsam rem figuratam,
 maxime impleri in dictis montibus. **N**on dico futuros mō-
 tes aureos, auream **M**icrosolymam, templum externum,
 que uidetur in faciem describere **E**zechiel, in uisione ul-
 timæ

FRANC. LAMB. IN AMOS

ma, & Iohannes in fine suæ Apocalypseos, nec quicquam
id genus fabularum adfirmo. Sed id est quod sentio, nempe
ex Apocal. 20. dies uenturos, quibus bestia coccinea Anti-
christo, ac pseudopropheta, missis in stagnū sulphuris &
ignis, euersaq; Babylone fornicationum matre, uincietur
draco, qui & Satanas, hoc est, impeditur, ne seducat &
insaniet, ut uolet, in tempus per mille annos designatum,
quod puto futurum breuiss. & significari Apocal. 8. per si-
lentium mediæ horæ factum in apertioe septimi sigilli. Ne-
que mirū est, breue tempus longo significari, præsertim in
scriptis Dei, q. mille anni sint ante oculos eius, tanquam di-
es hesternæ quæ præterijt. Tempore demum præfinito, sol-
uetur Draco, & seducet omnium seuis. Gog et Magog ge-
tem, in quatuor angulis terræ existentiē, de quib. Eze. 38. et
39. quarum mysterium in locū suum dimittimus. Porro di-
ctum silentium, quid aliud esse putamus, quàm mirificam
Ecclesiæ pacem, Israël, & omnib. gentib. ad Christū con-
uersis in orbe futuram? Neq; dubito, quāuis non adfirmē,
conuersis Israëlitarum terris, illos ad eas uēuros, aut mul-
tos saltem ex eis. Nam quis phibeat eos? Tantoq; ardore
surgent in Christi gloriam, ut non iuxta carnē, sed ex fide,
ac fructib. iustitiæ fidei, uere sint restauraturi ciuitatē dei,
per Ezechielis descriptionem figuratam, & pascuis uber-
rimis æternæ ueritatis, in ipsis montibus Israël pascuntur.
quorum exemplo, in omnib. Sanctorum Ecclesijs, per to-
tum orbem, tam insigniter regnabit Christus, ut in omnib.
rebus laud agnoscat, quàm ipsissima ciuitas Dei, & re-
gnant

COMMENTAR. CAPVT IX. 33

gnum Christi. Tum implebitur illud Apo. 11. Factum est regnum huius mundi, Dei, & **DOMINI** nostri **IESU** Christi. Et illud capite. 21. Vidi ciuitatem sanctam **Hierusalem**, nouam, descendentem de caelo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam uero suo. Et ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipse **Deus** cum eis, erit eorum **Deus**. Sicq; in omnibus sanctorum **Ecclesijs**, **Domino** tam gloriose regnante, uidebitur, ubique nouam esse **Hierosolimam**, nouosq; montes **Israël**, olim abscondito uerbo desertos, tum eo praesente fecundissimos, & nouum etiam **Dei** templum, non ab alio quam a summo artifice **Deo** constructum.

Gentes autem **Gog** & **Magog**, quae per uniuersam terram sunt dispersae, de quibus uolente **Domino**, apud **Ezechiel** & **Apocalypsim**, locis praescriptis agemus. **Haec**, inquam, gentes, uere domus **Israël**, id est, **Ecclesiae** sanctorum aduersariae, quas toto praememorati silentij tempore, deus **Opt. Max.** retinebit, ne, ut cupient, in **Sanctos** desaeuiant, imò & nunc retinentur (siquidem & nunc sunt quidem) soluto **Satana** ab eo tam seducentur, ut ab omnibus terrae angelis patenter surgant, ut ciuitatem **Dei**, ueramq; domum **Israël**, hoc est sanctorum **Ecclesias** perdant. Surgent autem uel multo maxime in **sanctos**, qui in terris et montibus **Israël** habitabunt, sine muro, portis, & uectibus, ac omni carnis praesidio, ut dicitur **Ezech. 38.** hoc est, neq; muris, neq; portis, neq; alijs id genus ad carnis robur spectantibus praediet, sed in solius **Dei** et **Christi** eius purissima et integer

FRANC. LAMB. IN AMOS

rima fiducia, securi uiuent & manebunt. Ergo nihil minus uolent, quam edificare iuxta carnem Hierosolymam, & templum Dei, sicut ab Ezechiele descripta sunt.

Quere felicissimos dies: & quis uidebit eos? Fiat Domine **IESV**, fiat uoluntas tua, ita in terra, quemadmodum & in caelo, ut non tantum in nonnullis abscondite in coru animis regnes, sed sicut olim in sanctis Apostolis & discipulis mirabilis agnoscebaris, ita Israële simul ac gentibus conuersis, in toto orbe multiplicentur fideles tui, in quibus glorificetur nomen tuum. Non est uenturum cum obseruatione regnum tuum. **Lu. 17.** Caro enim & sanguis, te & tua nescit, ideo ipsum desiderabile regnum tuum obseruare nequit. Deniq; abscondisti hæc à sapientibus et prudentibus huius seculi, & paruulis ac humilibus ea reuclasti **Mat. 11.** & **Luc. 10.** Idcirco tametsi electi non obseruant omnia quæ ad idem regnū spectant, fit tamen in eis, tuo spiritu erudiente, dum uis, & quantum uis, ut multa agnoscant, nempe uerbum tuum, sinceramq; eiusdem prophetiā, sentiantq; in ipsis uim fidei & ueritatis, in reliquis uero fidelibus tuis, fructus iustitiæ tuæ, cuius ex fide illos facis participes, multipharie experiantur. Et quicquid omnino ex eodem regno facit ad gloriam tuam, illisq; est ad salutem necessarium, te illustrante obseruant. Fac nobiscum Domine, & cū semine nostro, ut uideamus hanc gloriam regni tui, quæ ab hostibus tuis, nisi & illi conuersi fuerint, obseruari nullatenus potest. **Veni Domine IESV**, accelera, et non li tardare. **Dona seruis tuis, ut uideant plebem à te electam** cui legem

cui legem tuam committeres, deum à te reiectam & excusatam, quod te salutis autorem abnegari: denuo ad te conuersam, cum omnibus gentibus, ut sub te pastore uero, unum ouile simus. Domine, quando hæc erunt? Quando uisitabis Israël, et admittes illos ad te simul cum gentibus? Quando nobis erit illorū adsumptio, quasi uita ex mortuis, quorum abiectio fuit reconciliatio mundi? Excisi sunt à radici: nonne potens es iterū inserere illos? Excisi sunt, ut insereremur. Inse- re o pater noster, qui nos inseruisti eorum sancte radici: inse- re illos iterū, radici unde eos excidisti. **V**t quid naturales ramos non adponis radici oleæ, qui nos siluestres eidem iunxisti? Nunquid perpetuo exci- serunt? Absit à te qui bonus es. En miseri quantum libet cæci, te quasi non iam uene- ris, operiuntur. Venisti autem à seculis nullis. **Q**ui s. phibet, ne illis palam facias ipsum aduentum tuum. Ecce cum recepisti nos ad te, nihil minus quam te operiebamur, sed gratis in tuum populum admi- sisti nos: hi autem operiuntur te, etiam si in comp. uribus te expectando aberrant. Deuorant nanq. eos bestie a- gri, falsi prophetae, eos seducentes, & auertentes à te. So- lum egent lumine ueritatis tuæ, ut uelamen auferatur ab oculis eorum. Admitte ergo illos iterum, & inse- re eos denuo radici unde excidisti. Patres eorum pro nobis te precati sunt, ut insereremur, & nos uicissim te oramus pro eorum filiis, ut iterum inserantur. Potens es Domi- ne, & ueritas tua in circuitu tuo. Promisisti enim te id fa- cturum, per seruos tuos Prophetas. Scimus, quod nos di-

gnatus fueris recipere in populum tuum, semen **A**brahæ
 & **I**srahel, in nobisq; adimpletas promissiones tuas: ue-
 rum & scimus te promississe restorationem dicti **I**srahel-
 lis, ut in hoc uersu **A**mos quem tractamus, & passim in
Ezechie. e alijsq; locis. **C**onterens enim domum **I**srahel, te
 promittente, eam sicut alias nationes quas exterminasti,
 nunquam es contriturus. **Q**uemadmodum enim electi pe-
 rire nequeunt, ita neque illi quos electorum typum feci-
 sti. **P**ercussisti eos, & sanabis. **F**ecisti, ut à multis sæcu-
 lis manerent absque **R**ege, **E**phot, sacrificio, templo &c.
 sicut in **O**sea capite tertio prædixisti, quod nunquam im-
 pletum est, nisi posteaquam te abnegarunt. **N**am antequã
 uenires, semper fuit excis dux & **P**rinceps. **N**imirum nõ
 fuit ablatum sceptrum de **I**uda, donec uenisti. **G**ene. 49. **I**n
 perest ergo, ut impleas, quod ibi dicit **O**seas, nempe quod
 te **D**ominum & **R**egem eorum quærent, pauebuntq; ad
 bonum tuum in nouissimo dicrum. **R**edibunt ergo ad te,
 sed non sine te, nam eos inlustrabis, ut te agnoscant, &
 trahes post te, quod alioqui nihil possint. **P**recamur igitur
 nunc te, ut cum illos denuo radici eorum naturali in-
 serueris, non nos excidas, ut illos inseras, sicut illos exci-
 disti, ut nos insereres, sed utrosq; in eadem radice confir-
 ma. **Q**ui illos ex parte excæcasti, ut intrarem ad te, nõ
 li nos excæcare, ut illi intrent, sed utrosq; serua, & tua
 ueritatis sempiterno lumine dona, ut omnes pariter agno-
 scamus & glorificemus te, ac tibi in sanctitate & ueritate
 stituta seruiamus, omnibus diebus nostris. **N**ihil minus licet
 cis

cis erit eis, si cum eis tue luci participemus. Neq; domus tua parua est, ut non possit omnes capere. Magna quippe est domus tua, & ingens locus possessionis tue, qui uiuus & regnas cum patre & spiritu sancto unus Deus, per secula semper.

Igitur sic ut prædiximus, Gog & Magog in sanctos insurgentibus, ueniet illis in auxilium Dominus, & exterminabit eos, ut habetur Ezech. 38. & 39. & Apoca. 20. & draconem qui eos seduxerat, mittet in stagnum ignis, & iudicium sedebit &c. Apoca. 20. ubi plura nos acturos de huiusmodi confidimus. Oramus autem piuum lectorem, horumq; mysteriorum audium, ut ad id nobis, & facultatem & spiritum à Deo precetur.

PARS QVINTA.

In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non adpropinquabit, & non ueniet super nos malum.

Hoc uerbum idem est illi quod habetur Hierem. 5. Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere. Auferte propagines eius, quia non sunt Domini. Præuaricatione enim præuaricata est in me, domus Israël & domus Iuda. Negauerunt
L. Dominum

FRANC. LAMB. IN AMOS.

Dominum, & dixerunt: Non est ipse, neq; ueniet super nos malum. **G**ladium & famem non uidebimus. **P**rophe-
ta fuerunt in uentum locuti, & responsum non fuit in eis.
Quibus sermonibus palam fit, quam odiat omnem incre-
dulitatem Dominus, quamq; uindex sit in contemptores
ueritatis eius. **S**oli namq; hi dispereunt, qui ipsi ueritati
minime adquiescunt, q; sola incredulitas perditionem ope-
retur. **N**am fideles, etiam inter quacumq; aduersa & ma-
la seruantur. **E**t si moriuntur, ipsa mors in conspectu Do-
mini est preciosa **Psal. xii.** illisq; est uera quietis dormitio.
Siquidem omnia illis cooperantur in bonum **Ro. 8.** Ergo
si inter impios, aliqui e iustis gladio perempti fuerint, sic
mortui sunt, quasi non morerentur. **P**roinde non de eis, sed
de incredulis ait: In gladio morientur & c. **E**x praescripto
Hieremie textu, obserua, quod hi a deo praeuaricantur: et
apostatant, illumq; negant, qui non adquiescunt sermoni-
bus eius. Indubie enim si illum confiterentur, a uerbis quo-
que eius minime dissentirent.

P A R S S E X T A.

In die illa, suscitabo tabernaculum **Dauid**,
quod cecidit, & reedificabo aperturas muro-
rum eius, & ea quae corruerant, instaurabo.
Et reedificabo eum, sicut in diebus antiquis,
ut possideat reliquias **Idumaeae**, et omnes na-
tiones, eo quod inuocatum sit nomen meum
super eos, dicit **Dominus** faciens haec.

Que

Que habentur in superioribus, ex his fiunt longe no-
 tissima. In die inquit, illa, ab eterno à me decreta,
 suscitabo tabernaculum **Dauid**. Quod tabernacu-
 lum? Non dubium quin illud, quod per templum Salomo-
 nis figurabatur. Quod idcirco **Dauidis** esse dicitur, quod
 ille ante mortem suam, omnes ad structuram eius præpa-
 rit impensas: Quod cecidit, præteritum profuturo. Non
 dum enim ceciderat, cum prophetauit **Amos**. Per illud
 figurabatur, templum **Dei**, quod est **Ecclesia**, que tum
 maxime in populo **Israël** sita erat, cum **Dauid** imperabat.
Quonia autem **Amos** tēporē, totus ferē **Israël**, à fidei inte-
 gritate defecerat, & ob id in proximo **Israël** in **Assyrios**,
Iudas uero euersa **Iherosolima**, in **Babylonem** transse-
 rendi erāt, demumq; **Iudei** ob **Christi** abnegationem, reij-
 ciendi erant, ne pro **Dei** populo haberentur, iuxta illud
Dani. 9. Non erit eius populus qui cum negaturus est, ad
 qd̄ facit illud, quod diximus **Osee. i.** super mysterio filij uo-
 cau, non populus meus. Idcirco ipsum tabernaculum ceci-
 disse dicitur: Verum sic, ut omnino sit restaurādum, quod
 & hic promittit **Spiritus sanctus**, dicens. Et reedificabo
 &c. Cadat ergo, quoties uoluerint impij, & illis tene-
 brarum potestatem **Deus** tribuerit, reedificabitur, & o-
 mnino instaurabūtur. Instauratum fuit per **Christum** ta-
 bernaculum hoc, in **Israelitis**, qui ueritati adqueuerunt,
 & nonnullis ex eis **Christum** repellentibus, ideoq; reput-
 sis, ne quidquam illis commune esset, cum hoc taberna-
 culo **Domini**, gentes illum suscipientes, in eorum locum
 admisse sunt.

FRANC. LAMB. IN AMOS

admissæ sunt. Cecidit ergo iterum hoc tabernaculum, quo
ad Israël em ueritati non consentientem, cecidit quoq; &
quo ad gentes, ob spiritus impostores, & doctrinas demo-
niorum multiplicatas, quibus abscondita sunt ueritas secu-
lis multis, & inuersum per Antichristos & pseudopro-
phetas, quidquid pium et sanctum erat. Errauimus enim
& nos omnes, profecto non minus quàm Israël. Et ecce
nostri denuo miseretur Deus, & suscitabit in nobis taberna-
culum Dauid, id est, Ecclesiam Christi & regnum eius,
quod pene omnino exciderat, & quasi reedificat apertu-
ras murorū, dū uniuersos errores, & falsas scripturæ in-
terpretationes, quibus uia ad impietatem, & egressum à
ciuitatis Dei unione aperiebatur, per germanū & genui-
num Dei eloquiorum sensum, exterminat, & robur ma-
gnum fidelibus suo spiritu immitit. Quasi enim muri ac
turrez fortes in Ecclesia sunt, dum electi uere credunt.
Hinc & in Canticis Solomonis fides, turris Dauid adpel-
latur. Cant. 4. & turris eburnea. Cant. 7. Et Ecclesia fidelium
se murū uocat. Cant. 5. De quibus omnibus suis locis egi-
mus. Confidimus autē, Deum sensim exterminaturū Anti-
christi factionem, & rem euangelicam eo usq; promouen-
dam, ut etiam Israël in proximo conuertatur. Nam si no-
bis, qui iuxta Paulum Rom. 11. non sumus naturales rami,
Deus sic parcit, ut suum in nobis tabernaculum, quod
pene ceciderat, instaurare dignetur, quid putamus futu-
rum de Israëlitis, quos Apostolus ipse, ramos naturales
uocat? Putamus ne Deum prorsus obliturum eius po-
puli,

puli, cui primum factæ sunt uniuersæ promissiones, & ex quibus Dominus **I E S V S** Christus, Dei unigenitus, secundum carnem nasci dignatus est?

Quid enim si quidam illorum fuere increduli? Nunquid illorum incredulitas, Dei promissionem irritam fecit? Absit. Imò corū incredulitate, Dei iustitia & ueritas agnoscelur, & magnificabitur, dum nihil immutatur è suis promissionibus ob impietates hominum. Proinde. **Psal. 50.** **Dauid** sanctus misericordiam petit à Domino, ut iustificaretur in suis eloquijs, & uinceret, cum ab impijs crudelis & promissa haud custodiens iudicatur. Quo argumento, & **Paulus** utitur. **Roma. 3.**

Instaurabitur ergo & ipsum **Dauidis** tabernaculum inter **Israëlitas**, & ut confidimus etiam in uniuersis terris **Israël**, ita ut perfectius quàm unquã Deo inserviant. Confido quoq; in **Dominum**, quod nihil aberrem, quod & **Idumææ** reliquias & omnes nationes sint possessuri. Quomodo? Quod in omni **Idumæa**, & omnibus reliquis nationibus, habitare poterunt, posteaquam illas ad **Deum** conuerterint, uicerintq; efficacia sermonum ueritatis. Absit enī, ut iuxta carnem sentiamus, eos prælio uicturos populum **Edom**, & cæteras nationes, cum **Christus** nolit gladios, & hastas, armaq; nostræ militiæ, non sint carnalia. De his plura, apud **Abdiam**.

Subiungit autem se idcirco præscripta facturum, quod nomen suum fuerit super eos inuocatum, nō dubium quin ab **Abraham**, **Isaac**, **Iacob**, **Mose**, **Prophetis** & alijs sanctis,

FRANC. LAMB. IN AMOS

tis, quod in compluribus scripturae locis, palam est cerne-
re. Sed quis eorum non inuocauit, pro Israële Dei nomē?
Sentiet quisq; quod bonum sibi uidebitur, ego id omnino
sentio, sanctos ipsos præcognouisse multas Israëlis præua-
ricationes, timueruntq; proinde, ne à Domino propelle-
rentur, et perpetuo abijcerentur. Propterea omni instan-
tia orarunt Dominum, ne omnino disperderentur. Quod
et illis passim Deus promisit, sicut pius lector in diuinis
scripturis, nullibi non offendet, præsertim in Prophetis.
Hinc quoq; et hic sermo prodijt, quo Dominus hæc pro-
mittit, quæ noster Propheta scripsit, eò quod sancti nomē
eius super eis inuocarint.

PARS SEPTIMA.

Ecce dies uenient, dicit Dominus, & com-
prehendet arator messorum, & calcator uue-
mittentem semen. Et stillabunt montes dul-
cedinem, & omnes colles culti erunt. Et con-
uertam captiuitatem populi mei Israel, & æ-
dificabunt ciuitates desertas et inhabitabunt,
et plantabunt uineas, & bibent uinum earum.
Et facient hortos, & comedent fructus
eorum. Et plantabo eos, super humum suam,
& non euellam eos ultra de terra sua, quam
dedi eis, dicit dominus Deus.

Si quis

Si quis hæc tentat enarrare, de instauratione duarum tribuum, post captiuitatem Babylonicam, id frustra facit. Nunquam enim fieri potest, ut recta sit interpretatio hæc. Primum, quod non de solo Iudæa capiatur. Secundo, quod neq; etiam ipse populus Iuda, permanserit, in terra sua, sed in omnes nationes, dispersus sit, hic autem dicit, quod plantabuntur super humum suam, & ab ea nequaquam ultra euellentur. Non est igitur sana, eiusmodi expositio.

Alij quoq; sic hos textus, de fidelium populis explanant, tot mendacia congerentes, ut potius de Satanæ Synagoga, quam de Seruatoris Ecclesia sit ipsa explanatio, præsertim, quo ad aliquas partes eius. Dicunt enim, quod per ciuitates, status conjugatorum: per uineas status prælatorum & magistrorum, & per hortos status monachorum, quasi superbia & ampullæ magistrorum, sequeq; monastica, à Diabulo contra Dei uerbum non sint confictæ. Deus quam frugifera uinea, et quam placidi horti. Sed quid? ita oportuit cucullatos etiam in Dei scriptis cum tot horrendis mendacijs insanire, & germanos illorum sensus euertere. Nam & ab eis maxime, hæc insania prodijt. Ego aliud omnino sentio, nempe quod sicut diximus, Israel in dierum nouissimo conuertetur, & forsane hi dies in Ianuis sunt. Quandoquidem ingressa in Ecclesiam plenitudine gentium, mox futura est Israelis conuersio, et simul se Christo subijciēt, ac toto corde illi adhærebunt. Quis autem dubitat, multos filiorum Israel, tum uenturos in terram

FRANC. LAMB. IN AMOS

in terram suam? Denique ueri fideles sunt heredes mundi, quod sint **Abrabæ** semen, cui promissa est mundi hereditas. **Roman. quarto.** Et ideo ubicunq; fuerint, erunt in terra sua, à qua minime euellentur, **Nam** & post extremum iudicium, erit in electorum gloriam mundus totus. **Non quòd,** ut nonnulli pperam scripserunt, dicã eos post iudicium, ducturos uxores, comesturos, bibituros & c. **Sed** quod & coelum, & terra, & omnia creata, in eorũ gloriam conuertentur, pro quibus etiam maxime facta sunt. **Tum** & in montibus **Israël,** & in alijs terris, in quibus sancti erunt, prouidebit **Deus Optimus Maximus,** in quem credent, & cui herent, de necessarijs cunctis, præsertim de his, quæ fami uerbi **Dei,** cuius præce. ca. meminit, sunt opposita, nempe germanum sensum, ipsius uerbi, & in omnibus spiritum cælestis sapientiæ et intelligentiæ ueritatis. **Nimirum** per unum, triticum, & fructus hortorum, uarijs respectibus, **Dei** eloquia significantur, quemadmodum in fine capitis secundi **Osæ** diximus. Porro messores & calcatores uuæ, aut uinitores, sunt fideles ministri et interpretes, eiusdẽ uerbi. **Nũc** dicitur **Osæ. 2.** Et dabo ei uinitores eius ex eodẽ loco. **Dulcedo** autem, eiusdem uerbi suauitas est, quemadmodum **Iobe. 3.** super simili textu diximus, quæ dulcedo, à montibus, id est, à maioribus & rectoribus **Ecclesiæ** maxime proficiscetur. **O** uere felicissimos dies, in quibus ab ipsis **Ecclesiæ** primoribus, non mendacia hominum, non sophismata execrabilia, ut hæctenus, sed dulcedo sermonum **Altissimi** continue
suet.

fluet. Et colles, id est, minores, eisdem sermonibus, quasi aratro profcindentur, & culti erunt. Tum conuertetur populi Israël & omnium electorum captiuitas, dum per **CHRISTVM** liberi fient, à detestabili captiuitate errorum & hæresum, in quibus esse, quid nisi grauisima captiuitas est?

Et ædificabunt &c. Ciuitates, uineæ & horti, Christi Ecclesie sunt. Non enim potest intelligi, de ciuitatibus, uineis & hortis, iuxta literæ superficiem, quòd non sint deserti externe, sed de perniciosissima desertiõe, quæ per hæc figuratur, quæ tam in regione Israël, quàm in uniuersis ferè terris, multis sæculis fuit. Hæc desertio est, ubicunque non regnant impolluta, æterna, & admirabilia scripta Dei, sed pro eis mendacia & figmenta hominum sunt recepta. Sic nunc deserti sunt omnes montes, colles, & ualles Israël, quòd in eis non reperiatur ueritas. Sic quoq; in hunc usque diem, omnes mundi regiones desertæ fuere: nunc autem ueritate palàm facta, cessat ipsa desertio: quod illi experiuntur, qui ipsius ueritatis fiunt participes. Incipiunt enim instaurari desertiones ciuitatum, id est, Ecclesiarum, & in eis quasi in uineis, plantantur uites, & quasi horti amoenissimi fiunt, dum multi indices fidelium numero adiunguntur: & ciuitates nouæ ædificantur, aut desertæ instaurantur, dum quæ ante ueritatem odiebant, & solo spiritu erroris plenæ erant, ipsam ueritatem toto corde amplectuntur, quod potissime tum

¶ fiet cum

FRANC. LAMB. IN AMOS

fict, cum israel ad Christum fuerit conuersus, & defecerit
ab erroribus suis.

Instaura Domine **IESV** Israellem, instaura & totum
orbem spiritu ueritatis tue, ut omnes unanimiter curra-
mus post te, & glorificemus nomen tuum. Da nobis
optime **SERVATOR**, ut uideamus gloriam ad-
sumptionis israelis, que mundo erit, quasi uita
ex mortuis, ut sub te uno pastore perfectissi-
mo, uiuat totus orbis, & in nobis omni-
bus regnes, cui cum patre & spiritu
sancto sit gloria, decus, & impe-
rium in secula seculorum.

AMEN.

FINIS.

Francisci



FRANCI

SCI LAMBERTI AVE-
NIONENSIS, IN
ABDIAM PRO
phetam, prologus.



TV, quisquis es, & miraris libelli **A**-
bdie paruitatem,
noli despicere eū.
Sepenumero enī
fit, ut quod preci-
osius est, in uascu-
lis minoribus re-
condatur. **E**t uere
crede mihi, ma-
gnus est **A**bdias,
quantumlibet cor-

pore modicus. **P**rophetat nanque pro **I**sraël, aduersum
Edom pseudofratrem eius. **P**er **I**sraël, filios **I**acob: per **E**-
dom uero, filios **E**sau, nempe quos **G**ræci **I**dumeos uocāt,
intelligimus. **H**orum pater **E**sau, uidens **I**acob præripuis-
A se benedictionem

FRANC. LAMB. IN ABDIAM

se benedictionem patris, machinabatur illi mortem. Gene-
seos uigesimo septimo, propter quod iacob fugit in Mesopotamiam Syria, ubi mansit annis multis, fuitq; inter Esau & iacob perpetua ferè contentio, Esau odiente fratrem suum, quamuis iacob redeunte ex Mesopotamia, Deus nonnihil Esau furorem temperarit.

Porro ipsum Esau odium, & malignum cor aduersum iacob, perseverauit in semine ipsius Esau, contra semen iacob, ita, ut quæcunq; poterat mala, in filios israel qui & iacob, machinarentur. Proinde, nedum in hoc Propheeta, sed & Esai. 21. & 34. Hieremie 49. Ezechielis. 35. Amos. 1. & Malachie. 1. eorum euersio prænunciatur. Verum Abdias, totus in hac re est, ideo & illam præclarissime tractat

Ceterum, si iuxta Paulum Roman. nono, omnes ueri fideles ad semen israel spectant, consequitur, quòd omnes pseudofrateres, id est, Antichristi & hypocritæ, ac qui suis sceleribus **CHRISTI** Ecclesie sunt offensionem, ad semen Esau pertinent, unde & illi israel, isti uero Edom recte uocantur. **CHRISTVS** enim filius est Abrahæ & israel, etiam iuxta carnem, ideo omnes qui fratres **CHRISTI** uere dicuntur, & eius spiritum habent, recte cum eo semen Abrahæ & israel adpellantur. Nam fideles in Christo omnia habent, nempe, ut sunt iusti, sancti, filij & heredes Dei, semen Abrahæ & israel, quorum nihil habent iniquissimi ac perditissimi Ecclesie fratres, Antichristi scilicet execrabilis factio. Igitur quicquid aduersus Idumæos,

Sus **I**dum eos, falsos **I**sraël fratres hic leges, non dubites con-
tra **A**ntichristos, hypocritas, atq; **E**cclēsia sanctorum ho-
stes, etiam dici. **S**iquidem multo plus eos euerti neceſse,
quā **I**dum eos: imò & uere euertentur, ut fiat regnum
huius mundi **D**omini **D**eī ac **C**hrīsti eius.

Porrò ipsum **A**bdiam nonnulli **H**ebræi eum esse di-
cunt, qui pauit **P**rophetas in specubus. 3. **R**egum. 18. **E**t ad-
serunt, quòd sub **H**ieroboam filio ioas prophetarit. **P**orrò
à principio regni **A**chab, cuius dispensator erat **A**bdias,
usq; ad principium regni dicti **H**ieroboam, fluxere anni
nonaginta septem. **D**ifficile autem est, quòd sub dicto **A**-
chab fuerit, & tempore **H**ieroboam prophetarit. **E**go pu-
to duos fuisse **A**bdias, quorum unus **A**chab diebus fuit, a-
lius sub **H**ieroboam. **A**ut si est idem **A**bdias, ante dies re-
gni **H**ieroboam prophetauit, & in eo falleret **H**ebræorum
regula, qua dicunt, quòd ubi in aliquo propheta nō
ponitur tempus quo prophetauit, intelligi-
tur, quòd eo tempore prophetarit,
quo is qui ante eum scribitur.

Verum pro his nō est
anxie nimium
disputandum. **S**ufficit enim fidelibus,
quòd **P**ropheta
fuerit, & uerbum **D**O-

MINI habu-
erit.

* *

*

M 3 Argumētum



A R G V M E N T V M

in eundem.

Prophetauit Abdias pro Israël aduersum Edom, & breuissimis multa complectitur. Arguit superbiam atque fiduciam in carnis brachio, nempe, in potentia, diuitijs, munitionibus, rerum abundantia, amicis, carnis prudentia, & similibus, quæ omnia ruitura dicit. Prænuñciat euerisionem Idumeorum, & gloriam ueri Israël, hoc est, Ecclesie Domini **IESV** Christi, & quòd solus ipse regnaturus sit.

Incipit



INCIPIT

ABDIAS PROPHETA.

CAPVT VNICVM.

Summarium capitis. Primum, Abdias se aduersum Edom legationē à Domino suscepisse adserit. Secūdo, prophetat aduersum superbiam Edom, & fiduciam in muris & loca. Tertio, contra fiduciam in diuitias, quas et ab eis subfirandas prædicat. Quarto, cōtra fiduciam in amicos. Quinto, contra fiduciam in omnem prudentiam huius sæculi. Sexto, ostendit causam præcipuam euerfionis Edom. Septimo prophetat de mysterijs Christi & Ecclesie, multa uere insignia & præclara.

PARS PRIMA.

Visio Abdie. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom: Audicimus a Domino, et legatum ad gentes misit: Surgite, & confurgamus aduersus eum in prælium.

M 4 Prophetia

Prophetia eloquiorum Dei, recte uisio adpellatur, eo quod nullus recte prophetare, hoc est, ipsa eloquia pure & sincere enarrare potest, præter eum qui uidet, hoc est, dono celestis spiritus intelligit, quæ loquitur. **V**iderit ergo, quisquis uerbi minister est, ne effūdatur in populos, quæ prius à Domino minime uidit, hoc est, quorū intelligentiam Deus sibi non tradiderit. **N**eque sufficit, quod in faciem, Dei sermonū mysteria se nosse putet, nisi et ipsam notitiam esse à Dei spiritu, scriptorum eius testimonio firmis. certus sit. Ipsa namque Dei scripta, testimonia sunt ueritatis, & omnis uoluntatis eius, ut **Psal. 18. & 118. & Esaiæ. s. palam est cernere.**

Per hæc respondetur, his quæ nobis à pietatis hostibus opponuntur, qui nobis adserētibus, oportere omnem scripturæ sacre enarrationem esse à Dei spiritu, dicūt: **Q**uis dicit tuto se loqui aut scribere ab ipso spiritu? **V**nde id probare quis potest? **M**ulti diuersa loquuntur & scribunt, & omnes putant se sentire iuxta spiritum Dei, cui tum credemus? **D**icimus, quod, ut liquet ex locis præallegatis, testimonia dei, sunt scripta eius. **E**t recte quidem sic uocantur, nam & in ipsis, omnium ueritatum Dei, quantum nos scire opus est, solidissimum testimonium reperimus. **I**deo si quid difficultatis occurrit, in his quæ ad salutem spectant, ab ipsis Dei testimonijs petenda est uoluntas eius, petenda est uisio & intelligētia dubij. **Q**uod si quis non dixerit iuxta sermonem istum, non erit eis matutina lux. **E**saiæ octauo. **D**e luce intellige ueritatis, quemadmodum & dicit Petrus

cit Petrus, posterioris Epistole sue capite primo. Habetis firmiorem sermonem propheticum, cui dum attenditis, ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis, donec dies inlucescat, et Lucifer oriatur in cordibus uestris.

Quemadmodum autem, ubi fideliter requirimus testimonium scriptorum Dei, lux uera in cordibus nostris exoritur, & dubiorum ac perplexitatum tenebræ propelluntur, ita ubi non ipsa Dei testimonia, sed figmentorum & traditionum hominum mendacia interrogamus, tetram magis ignorantie ac cæci ad is noctem, horatim incurrimus. Sic in nocte erant Israëlita, iuxta reprobam carnis iudicium ambulantes, & os Domini non interrogantes. Esaiæ trigesimo. Sic & omnes, qui os Domini non interrogant, ubi aliquid sunt adgressuri. Os Domini interrogat, qui eius beneplacitum uerbi sui testimonio querit: qui autem aliunde querit ueritatem, os eius non interrogat, propter quod & seducitur, & perit. Eiusmodi sunt falsi prophetae, ambulantes in prauitate cordis sui, qui uisionem cordis sui loquuntur, & non de ore Domini: qui uaticinantur de corde suo mendacium, & prophætant seductiones cordis sui. Niere. 23. Prophetae insipientes, qui sequuntur spiritum suum, & nihil uident. Eze. 13. Qui uolunt facere, ut populus obliuiscatur nominis Domini, propter somnia eorum que narrant, unusquisque ad proximum suum. Nieremie. 23.

Visio ergo Abdiæ, prophetia eius est, quam ne quispiam ab eo putet esse confictam, subiunxit: Næc dicit Dominus

FRANC. LAMB. IN ABDIAM

nus **Deus**. Si dicis: Facile est etiam mendacis præmittere, quod à **Deo** sint, respondemus, quod hæc à **Deo** esse a-
liorum **Prophetarum** dicta idem adferentia indicant: ite-
dem eiusdem **Prophetiæ** adimpletio, secundum omnes
partes eius.

Sed quid uidit? **Verbum Domini** aduersum **Idumæam**.
Demum, quod multi idem prophetarint, ostendit, dicens:
Auditum sermonem prædicandum & audiendum, à **Do**
mino audiuius, ego, & alij **Prophetae**. Nam etiam aduer-
sum **Idumæos** prophetarūt, **Esaias** capite. 21. & 34. **Hie**
remias. 49. **Ezech.** 35. & **Amos**. 1. Præ cæteris autem **Hie**
remias, loeo allegato, in multis etiam, secundum textus or-
dinem, conuenit cum **Abdia**. Dicit enim: **Auditum** audi-
ui à **Domino**. **A** **Domino** uterque posuit, ne à **Regibus**,
aut **Sacerdotum Principibus**, aut **Phariseis**, aut quopiam
hominum, eos ista habuisse putes.

Et legatum ad gentes misit. **Hieremias** posuit: **Legat**
tus ad gentes missus sum. **Per** eum namq; misit **Dominus**
Nabuchodonosor & exercitibus eius, ut **Idumæam** euerterent.
Quidam hunc **Abdia** locum sic enarrant: **Deus** mi-
sit legatum ad gentes, dum eos excitauit animo contra **Idu**
mæam. Sed salua eorum pace, aliter habet res. Nimirum
tametsi **Deus** illas internè mouit, ut eontra **Eðom** prælia-
rentur, legatio tamen hæc de prophetia capitur. Siquidem
omnis prophetia, legatio **Dei** est, & ueri **Prophetae**, legati
eius sunt. Hinc est, quod **Dominus** uocauit discipulos suos,
es, legatos. Nam quid **Apostolus**, nisi legatus? **Vnde** &
sic

sic capitur hic locus, ut in Hieremia, nempe quod Deus
Abdiam legatum suum, aut nuncium ad gentes miserit.

Surgite &c. Hieremias habet. Congregamini & uenite contra eam, & consurgamus in praelium: Ex ore Domini, uterq; locutus est, ut surgeret, et uenirent in praelium, aduersum fratricidas Idumaeos. Oportuerat enim, ut Israelitas diligenter, quod à duobus fratribus, & simul quidem genitis, descenderent, sed imitati Esau patris eorum insaniam, perpetuas in corde suo inimicitias seruauerunt. Hi etenim praecunctis, se Israelis hostes exhibebant, & contra decretum Altissimi, maiores illo esse contendebant.

O quam apte, hi typum gerunt Antichristorum, qui praec omni natione quae sub caelo est, insaniunt in sanctorum Ecclesiam & in uerbum Dei: Ecce quod quemadmodum Iacob & Esau simul nati sunt, ita mox reuelato Euangelio, ueri Christiani & Antichristi simul exorti suere. Multi enim adhaeserunt purissime uerbo Domini, alij plures idem in hypocrisi & mendacio susceperunt, & hi Antichristi sunt. Item Esau persecutus est, & uoluit occidere Iacob, & semen Esau perpetuo inimicati sunt semini Iacob, ita et Antichristi, usq; in hunc diem fidelibus semper suere in sensissimi: Sed quemadmodum, periere Idumaei, & reliqui Israel, est reposita salus ac benedictio. Ita omnium Antichristorum regna & factiones tempore à Deo praefinito dissipabuntur, fideles uero benedicentur in secula seculorum.

Ecce paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu es ualde. **S**uperbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum. **Q**ui **D**icis in corde tuo, quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum inde detrahā te, dicit dominus.

Idem serē habes apud Hieremiam, ubi supra. **Q**uo sermone, ostendit quā abominaretur superbiam. **E**dom. **S**umme namq; detestatur omnem superbiam, in omnibus quæ in hoc maxime sita est, dum nobis quicquam tribuimus, aut nobis fidimus. **S**oli namq; Deo fidendum est, & illi soli à quo omnia, est pro omnibus gloria reddēda. **I**deo qui horum quicquam sibi tribuit, superbus est. **S**ed qui fit, ut nobis aliquid tribuamus? ipsi namq; omnia bona omnisq; gloria, nobis autem quid tribuendum nisi uituperium, ignominia, confusio.

Ecce inquit, paruulum dedi te in gentibus, hoc est, apud me decretum est, quod inter omnes gentes, uehementer imminueris, uastaberis, euerteris: **C**ontemptibilis es tu ualde, præsens pro futuro. **S**ensus est, faciam ut ualde humilioris & spernaris. **V**ide quā aduersetur spiritus carni. **V**ult illa gloriam, & **D**eus adducit contemptum, quod summe carnales abominantur.

Et unde

COMMENTAR. CAPVT I. 95

Et unde carnales superbiunt, inde maior illis confusio aduenit. Superbiunt ex diuitijs, potentia, munitiõibus, prudentia mundi, & similibus, ideo subiunxit. Superbia cordis etc. Erat montuosa Idumæa, propter quod aestimabant se à nemine uinci posse. Proinde ait Dominus. Qui dicis in corde tuo &c. Qu. di. Iudicas te inuincibilem, sed si adhuc eses in locis absq; similitudine fortioribus ac munitioribus, inde detraham te, & abijciam, & calcabo. Hic locus est insignis, cõtra omnem carnis fidutiam. Nam qui solus est omnipotens, & ex se uerus, id summe exigit, ut ei soli fidamus. Ex hoc quoq; textu, argumentum manifestissimum habes, quod nullibi tutus est, quem Deus flagellare ac perdere uoluerit. Nemo siquidem est, qui possit cruere à manu eius. Job. 10.

PARS TERTIA.

Si fures introissent ad te, si latrones pernoctem, quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si uindemiatores introissent ad te, Nunquid saltem racemum reliquissent tibi? Quomodo scrutati sũt Esau, inuestigauerunt abscondita eius.

Qui in terrenorum abundantia superbiunt, illis ea quissime priuatur. Sic factum est filijs Esau, sic et cum multis quotidie facit Dominus. Ait ergo: O Edom,

FRANC. LAMB. IN ABDIAM

Edom, si fures introissent, &c. **Qu. d.** Quemadmodum sita, fures & latrones sustulissent, minime sileres, uadi es uenient, quibus super te uenient fures & latrones, ac noui uindematores, qui nihil tibi relinquent, omnia enim auferent. Tum apud te clamor & ululatus erit, sed absque fructu. **Quomodo scrutati sunt &c.** Præteritum profuturo ob rei certitudinē posuit. **Vindematores** quippe, id est, Nabuchodonosor exercitus, quos super eos **Deus** misurus erat, scrutati sunt, & inuestigauerunt omnia, que spectabant ad idum. eos, & secum abstulerunt, ac deprædati sunt, & id quidem libere, ac nullo impediēte. **Idem** ferè habes apud **Hiere.** ubi supra.

PARS QVARTA.

Vsque ad terminum emiserunt te, & omnes uiri fœderis tui illuserunt tibi. **Inualuerunt** aduersum te, uiri pacis tuæ. **Qui** comedunt tecum, ponent insidias subter te.

Emiserunt pro emittent. **Sensus est:** Dicti uindematores ingredientur regnum tuum, & ingredientes usq; in finem regni tui, te ab eo emittent, & pellēt. **Et** omnes uiri fœderis tui, quibus scilicet ante fœdere iunctus eras, ut sunt **Ammonite** & **Moabite**, illuserunt tibi, non seruantes fœdus, sed iuncti erunt his, qui te captiuum facient. **Inualuerunt** aduersum te, id est, te uincēt, uiri pacis tuæ,

COMMENTAR. CAPVT I. 96

cis tuæ, hi scilicet, à quibus sperabas auxiliū, atq; bonum, & cum quibus pacem ante habebas. Et qui comedunt panem tecum, qui scilicet tibi conuiuunt, & communicant, ponent insidias subter te, hostium tuorum manibus te tradentes.

Habes ex hoc loco, quàm intutum sit hominibus fidere, quantumlibet sanguine, amicitia, & foedere iuncti sint. Vere neq; in patre, neq; in uxore, neq; in fratribus aut filijs, est tutum fidere. Omnes enim caro sunt, nisi Dei spiritus, quod à carne est mortificet, & crucifigat. Scriptum est enim. **Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Nere. 17.** Et de amico ac uxore dicitur. **Mich. 7.** Amico noli fidere, & ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

PARS QVINTA.

Non est prudentia in eo. Nunquid nō in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idu meā, & prudentiam de monte Esau. Et timebunt fortes tui à meridie, ut intereat uir de monte Esau.

EST reproba carnis prudentia, quæ mors est, Deoq; inimica. Roma. octauo. Et stultitia apud Deum. 2. Corin. tertio. Animalis, carnalis, & diabolica. Iaco. tertio. **Hæc semper inimicatur sapientiæ Dei, sed ab**

sed ab ea superatur, calcatur, uincitur, atq; prorsus disperditur, quemadmodum uides hoc loco, & **Esā. 29. 33. & 1. Corin. 2.** Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. **Prouerb. 21.** Proinde quia **Idumæi** in huius sæculi fallaci prudentia plurimum gloriabantur, eam primum damnat spiritus sanctus, dicens: Non est prudentia in eo. Nimirum carnis prudentia, qua in suum interitum regebantur, stultitia est apud Dominum, sicut diximus, imo simpliciter, & dementia & insana est. Et de omnibus, qui non sentiunt ex spiritu & uerbo dei, quantumlibet expti, doctiq; in humanis uideatur, hoc uerbum est omnino uerum. Non est prudentia in eis. Sic non est prudentia in garrulis sophistis, & ampullosis summissis (ut uocant) aut decretistis, neq; in factione lasciuientium tyrannorum, ac figmentis gentis pharisaicæ, & toto regno perditissimo Antichristorum, sed stultitia, mendacio, inconstantia, detractionibus, hypocrisi, ueritatis contemptu, inuidia, contentionibus, cælestis sapientiæ reprobatione, ac omni amentia pleni sunt.

Ait demq; Nunquid non in die illa, cum scilicet **Edom** punietur, dicit Dominus, perdam sapientiam etc. Sæsus est: **Faciam irrita omnia eorum consilia, quæ putabunt se in multa prudentia dedisse. Tum uel facto agnoscent, quam nihil sit omnis prudentia eorum. Et fugiet mens ab eis, ita ut nesciant omnino, quid facient. Sapientiæ namq; meæ consilium illis contraria definiuit: Quod autem definiuit, etiam fieri necesse est. Et perdam meam sapientiam, illorum prudentiam**

prudentiam maledictam, & scient, quod nihil possit illo-
rum consilium contra me. Et Hier. 49. contra eum dici-
tur: Nunquid non ultra est sapientia in Theman (Idumæo
rum urbe) Perijt consiliū à filijs, inutilis facta est sapien-
tia eorum. Et fortes tui, uidentes irrita fieri cōsilia eorum,
timebunt à meridie. Ab ea nanq; plaga, hostium exercitus
uenit contra eos. Timebunt autem, ut intereat uir de mon-
te Esau, hoc est, ab Idumæa. Vir, id est, uiri, singulare pro
plurali. Sensus est: Ideo timebunt, quod prouidebunt su-
orum interitum.

Obserua, quod hi in quibus est celestis prudentia, &
uera fides in dominum, non timent cum uenit malum, deo
firmante, & consolante corda eorum spiritu suo. Hinc di-
citur Hier. 17. Benedictus uir qui confidit in Domino, &
erit Dominus fiducia eius. Et erit tanquam lignum, quod
transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit ra-
dices suas, & non timebit, cum uenerit aestus. Et erit foli-
um eius uiride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum,
nec aliquando desinet facere fructum. Et Psal. 111. Ab au-
ditione mala non timebit. Qui autem sola carnis pruden-
tia reguntur, & alienis à Deo fidūt, mox dimouētur, fran-
guntur, desolantur, & semper sunt, uelut arundo uēto agi-
tata. Sunt quoq; ut miricæ in deserto, & non uidebunt, cū
uenerit bonū, ut habes Hier. 17. sed habitabunt in siccitate,
in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili. Summa: Ni-
hil tandem prosperum & uere bonum illis esse potest, qui
in sola carnis prudentia uiuunt.

N Pars sexta

Propter interfectionē & iniquitatē in fratre
tuū Iacob, operiet te confusio, & peribis in
ternū. In die cum stares aduersus eū, quando
capiebant alieni exercitum eius, et extranei in
grediebantur portas eius, & super Hierusalē
mittebant sortem, tu quoq; eras, quasi unus
ex eis. **E**t non despicias in die fratris tui, in die
peregrinationis eius. **E**t non lætaberis super
filios Iuda, in die perditionis eorum, & non
magnificabis os tuum, in die angustia, neq;
ingredieris portam populi mei, in die ruinae
eorum, neq; despicias & tu in malis eius, in
die uastitatis illius. **E**t non emitteris aduersus
exercitum eius, in die uastitatis illius, ne
questabis in exitibus, ut interficias eos qui fu-
gerint. **E**t non concludes reliquos eius, in die
tribulationis, quoniam iuxta est dies Domi-
ni super omnes gentes.

Diximus paulo ante, idum eos typum gerere Anti-
christorum, qui fratres sunt credentiū, uel solo no-
mine, & eos, sicut Esau Iacob, nunquam non per-
sequuntur. Proinde ubi uides tam uehemēter argui iniqui-
tatem Esau, idem non dubites prophetari aduersum Anti-
christos. Primum autem uideamus, qua ratione describat
iniquitatem Esau. Propter interfectionem, inquit, & ini-
quitatem

COMMENTAR. CAPVT I. 98

quitatem in fratrem tuum Iacob, id est, populum Israel à Iacob fratre Esau descendente, operiet te confusio: hoc est repleberis confusione: & peribis in aeternum: id est, irreparabiliter.

In die cum stares &c. Apertus est totus hic textus, tantum id obseruandū, q̄ dies fratris sui, dies peregrinationis, ruinae, uastitatis, angustiae, et tribulationis eius, significat tempus euerfionis et captiuationis Israelis fratris Edom, siue Esau. Sensus aut̄ omnium horum uersuum, in summa, hic est: Quia oblitus es omnis dilectionis, quam te habere oportuit, in fratrem tuum Iacob, id est, populum Israel, in quem fusti seuisimus, tam grauer adstegam te, ac per Nabuchodonosor exercitū uastabo, et imminuam, ut sic deiectus, cuersus, et ad nihilū redactus, nō sis ultrā facturus, ad uersus ipsum fratrem tuum, sicut à principio in hunc usq; diem fecisti. Confusus nanq; eris, & tam plenus ignominiae & contemptus, ut reliquos despicere nequeas: nimirū omnib; despectior eris. Idē iudiciū imminet Antichristi perditis Synagogae, qui per Ecclesia dei se uenditant, cum nihil minus sint, ueram aut̄ Ecclesia calcant, despiciunt, persequuntur. Si alieni contra nos surgunt, ob ueritatis sermonem quem profitemur: hi stant in capite hostium, & praecunctis in nos seuiunt, ad id nitentes, ut incēdio, aqua, gladio, omniq; tormentorum genere, nos e medio tollant. Si cum reliquis incredulis super nos mittunt sortem. Si quid tribulationis & angustiae nos perpeti uiderint, letantur, in nos magnificant os suum, nos despiciunt, iuuant, & soli

FRANC. LAMB. IN ABDIAM

citant aduersum nos manum aliorum, ipsis omnibus absq[ue]
similitudine crudeliores, quippe, quib[us] non sufficit ppria
iniquitas & seuitia, qua contra nos nihil non tentant, nisi
etiam alios ad idem modis omnibus prouocent. Quis enim
magis sollicitat Principum ac Magistratuū animos, in Dei
uerbum, ac uniuersos amatores eius, quam feces illæ, quæ
pro Dei Ecclesia haberi uolunt, seipsosq[ue] Ecclesiasticos et
spirituales nominant? Et hi sunt, in quibus maxime filij
perditi factio est sita. Sed in proximo est dies Domini, ad-
uersus eos. Veni Domine **IESV.** & disipa has feræ ar-
dins, ac bestias peß. Etenim si dies tuus aduersum Idumæos,
& gentes alias, quas **Assyrijs** & **Chaldæis** bello subiecisti,
olim uenit, fortior est ratio, ut ueniat dies ipse tuus, quo di-
ctæ feræ, omnibus Idumæis & gentibus deteriores euer-
tantur, fiat, fiat.

Sicut fecisti, fiet tibi. Retributionem tuam
conuertam in caput tuum. Quomodo es
nim bibisti super montem sanctum meum,
bibent omnes gentes iugiter: & bibent, & ab-
sorbebunt, & erunt, quasi non sint.

Iustus Dominus reddit unicuiq[ue] iuxta opus suum. Ideo
reddidit Idumæis, sicut fecerant filijs Israël, quemadmo-
dum, dum inquit: In **Ierusalem** & monte **Sion**, Israël
cum cæteris opprimens, bibisti et epulatus es, ita omnes gē-
tes, quæ ad tuam euerfionē conuenient, bibent, & absorbe-
bunt, id est, absument quæcunq[ue] habes, ita ut nihil feræ tibi
sit futurum reliquum. Nimirum omnia tua erunt quasi nō
sint

sint, hoc est, deiecta, perdita, imminuta, posteaquam ipsæ gentēs te absorbuerint, ita ut ab uniuersis qui ea conspexerint, spernantur, & pro nihilo habeantur.

PARS SEPTIMA.

Et in monte Sion erit saluatio, et erit sanctus.

A literam, in monte Sion et Hierusalem fuit salus, Christo & Apostolis prædicantibus. & misso etiam in signo uisibili spiritu sancto. Act. 2. Fuit quoque, uisibilis sanctus Domini, non dubium quin Christus, de quo Psal. 4. Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum, qui recte sanctus dicitur, quod per eum solum electi ex fide sanctificentur. Nimirum, ipse est nostra sanctificatio, iustitia, & redemptio. 1. Corin. 1. & sine ipso, prophani, carnales & impuri sumus. Verum est obseruandum, quod quemadmodum fideles uniuersi sunt uerum Abrahamæ semen, & Israëlita, ac filij promissionum Dei Rom. 9. ita Ecclesia ex eis collecta, est uera domus Iacob, & uerum regnum Israel, sedesque Davidis, & sic est uera Hierusalem, & uerus mons Sion, & quicquid ab eis possidetur, spectat ad terram ac terminos Israel, quandoquidem illis est promissa mundi hæreditas, ut multis locis probauimus. Et ideo ipsum uerbum perfectius impletur in Ecclesia, quam in monte Sion, ad literam, non quod perfectius uerbum habeat sanctorum Ecclesia nunc, aut sit habitura, quam olim Hierosolimis, & in monte Sion, sed in hoc, quod fuit in tempore solum in Sion, in Ecclesia autem permanet in seculum seculi. Confidimus autem, id tum maximo & insignius etiam in ipsis Israel terris futurum, cum Israel

N 3 in dierum

FRANC. LAMB. IN ABDIAM.

in dierum nouissimo in Christi Ecclesiam introibit. Est ergo in Ecclesia, uero non in Sion, saluatio, & est in ea sanctus Domini, nempe Christus in ea permanens, usque ad seculi consummationem. Mat. ultimo. Etenim est mons Dei, coagulatus & pinguis: mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo, et id quidem in fine, id est, in sempiternum, Psal. 67. Est autem in Ecclesia sola, & non alibi saluatio, eo quod sanctus Domini, Christus in ea permanens, omnes in se credentes seruet & sanctificet. Ergo non est salus extra Ecclesiam Christi, neque alius quisquam a sancto Dei fideles sanctificat. Ergo nemo seruatur in Synagoga Antichristi, neque bullis ac figmentis eius, neque operibus, neque alia re, sed sola fide in Christum, quae nunquam est absque operibus uere bonis, quae sunt fructus eius.

Et possidebit domus Iacob, eos qui se possederant.

Non putes hoc de terreni principatus occupatione intelligi, sed de possessione & uictoria, quae est per uerbum Dei. Nam fideles, etiam si omnem mundi substantiam possideant, sunt tanquam non habentes, & non possidentes, eo quod iuxta praecipitum Domini, etiam ipsis quae possident, abrenuncient, et animo uendant, hoc est, parati sint uendere cuncta, si ad proximorum indigentiam expostularct. Utuntur namque hoc mundo, tanquam non uterentur. Sic ergo capitur: Domus Iacob. Christus, Apostoli, et discipuli, ac omnes ueri Dei loquorum ministri, quorum alij etiam iuxta carnem sunt ex domo Iacob, alij uero ex fide ad eam pertinent. Haec inquam

inquam, domus, gladio, & armis uerbi Dei uincet gentes,
 ita, ut iugo fidei colla subiciat, sicq; possidebit eas, quæ an-
 tē in eorum patrib. ipsam iacob domū iuxta carnem posse-
 derant: quod insigni cum gloria, post ultimam Israël con-
 uersionem futurū confidimus. Den q; domus ipsa iacob,
 id est, Ecclesia, possidetur, calcatur, atteritur, ab incredu-
 lis, Antichristis, ac uniuersis pietatis hostib. sed dies ueniēt
 quib. sancti obtinebunt regnū cum Christo, & eos qui nō
 resipuerint ex suis hostib. subijcient uel nolētes, et spiritus
 iudicio repbabit ac condemnabit. Hoc impletur quoti-
 die in electis, qui tamet si ab impijs iuxta carnē atterūtur,
 ipsi tamē se conterentes calcant, dū ob tormenta ab eis nū-
 nime uincuntur, neq; à ueritate dimouētur. Ceterū id mal-
 to præclarius et sublimius implebitur, cū in iudicio uniuers-
 si reprobi ab electis iudicabūtur, et apte condemnabūtur.
Erit domus iacob ignis, & domus ioseph
 flamma, & domus elau stipula. Et succende-
 tur in eis, & deuorabunt eos, & nō erunt reli-
 quia domus elau, quia dominus locutus est.

Domus ioseph includitur sub domo iacob, sed ideo spe-
 cialiter nominatur, ne putarent eā omnino obculū uitulo-
 rū, & longam captiuitatē reiectam. Nā quemadmodum
 in Amos uidimus, regnū israel intelligitur p̄ effraim, ex
 cuius tribu fuit Hieroboam filius Nabath rex, qui peccare
 fecit israel. At Effraim fuit ioseph filius, ideo et p̄ ioseph,
 & per Effraim, regnū decem tribuū capitur. Dicunt autē
 Hebræi, decē tribuum captiuitatē nondum solutā, duarum

FRANC. LAMB. IN ABDIAM

uero tribuum captiuitas, qua Babylonij seruiebāt, soluta
quidē est, uerum in grauiorē deciderunt. **Ad** literam autē,
sicut **Osee** 3. & in fine **Amos** probauimus, conuertendus
est totus **Israël**, in dierum nouiss. **Et** tum confidimus, q. ipsi
cōuersi ex omnib. tribubus **Israël**, erunt sicut ignis ei flam
ma, ardentēs spiritu sancto & zelo ueritatis, ita, ut domū
Esau sint incensuri, ignitis eloquijs **Domini**, haud secus at
que stipula igne consumitur. **Nonnulli** adserunt per **E**
sau gentes intelligi, quemadmodū per **Israël** fideles, cui e
narrationi non contradicimus. **Fuerūt** autē ex tribu **Iuda**
& **Beniamin** inter **Apostolos**, ut hi qui iuxta carnē iuncti
Christo erant, & **Paulus** fuit ex tribu **Beniamin**. **Certum**
autē non est, an de tribu **Effraim** & **Ioseph**, ac reliquis fue
rint inter eos. **Futurū** est autem, ut ex toto **Israële** cōuerso,
id est, ab electis eiusdem populi, sint in quib. hic sermo im
pleatur. **Et** erit domus **Iacob** & c. **Impletum** est ex parte,
sed quis negare potest adhuc implendum? **Impletur** quoq;
in electis, his maxime, quos ad uerbi sui ministerium **Deus**
uocat. **Nam** facit eos ignē & flammā, spiritu et sermonib.
ueritatis, & incendūt omnes, quos cōuertunt ex gentib. i
incredulis: quos ubi fide & spiritu, unū secum faciunt, qua
si eos uorant, nec cessabūt, donec absumpta prorsus. i. con
uersa fuerit domus **Esau**, id est, synagoga hypocritarū sive
Antichristorū & incredulorum. **Et** non erunt reliquiae do
mus **Esau**, id est, ipsius pditijs. synagoge. **Nam** aut incen
dentur igne spiritus **Dei**, in suam eternā salutem, & uere
conuertentur, aut quotquot non fuerint sic incensi & con
uersi in

uerſi, in lacum inferni, etiam electis eos iudicantibus, proij-
cientur, ad incendiū ſempiternū. Hoc tū apte implebitur,
cum mundus iudicabitur. Impoſſibile uero eſt, quin hoc
non impleatur. Quare? Quia Dominus locutus eſt. Quid
autem locutus eſt, niſi uerbum ſuum? At uerbum Domini
manet in eternum. Eſa. 40. Nam uerbum eius qui inuaria-
bilis eſt, mutari nō poteſt, eo q̄ ſempiterna ueritas ſit. Ad-
id autem ſepiſſime in Propheta inculcatur: Hec dicit Do-
minus Deus: Dominus locutus eſt: iuxta uerbum Domini:
ait Dominus Deus, & ſimilia, ut ex immutabilitate ac æ-
ternitate loquentis, uerbi quoq; eternitas ac inuariabili-
tas agnoſcatur.

Et hereditabunt hi qui ad Auſtrum ſunt, mō-
rem Eſau, & qui in campeſtribus, Philiftijm.
Et poſſidebunt regionem Effraim, & regio-
nem Samariæ. Et Benjamin poſſidebit Ga-
laad. Et tranſmigratio exercitus huius filio-
rum Iſrael, omnia loca Chanaanæorum, uſq;
ad Sareptā. Et tranſmigratio Hieruſalē, quæ
in Boſphoro eſt, poſſidebit ciuitates Auſtri.

Video plurimos ſuper eiſmodi locis multa dixiſſe, quæ
probare non poſſunt, imō neq; textui cōſentiunt, ſi præce-
dentia cū ſequentib; diligenter expendantur. Magni ſiqui-
dē periculi res eſt, de his quicquā ſpecialiter deſinire. Vbi
nos habemus, uſq; ad Sareptam, in Hebræo habetur, uſq;
Seraphat, quod Rabbi Solomō Francia eſſe dicit. Vbi autē
nos habemus, Boſphoro, Hebræi habent, Cephadar, quod

N s secundum

FRANC. LAMB. IN ABDIAM

secundum **Rabbi Solo.** **N**ispan a significat. **Q**uis aut putet
hos locos satis expositos, si dicat, ut quidam: **S**aminianus
iuit in Franciam, et **Iacobus** in **N**ispania, maxime cum hic
loquatur de exercitu & transmigratiōe? **D**eniq; **F**rancia
nō est terminus **C**hananeorū, nec **N**ispania est ad **A**ustrū
respectu **H**erusalem. **E**go omnino magis puto, summam
esse colligendā, ex omnib. id genus dictis, quod sine uerita
tis detrimento fit. **P**roinde obserua, hic nominari aliquot
regiones, quae **I**sraēlitis fuerūt infensissimae, nempe **I**dumae
os, **P**hilistim, **C**hananeos, per quos omnes fidelium ac uere
pietatis hostes intelligimus. **N**orū terras ipsi **I**sraēlitae, id
est, fideles, possidere dicuntur, cū eos uincunt ueritatis ser
monibus, ac fidei subiiciunt, ita ut in eorum terris sit **D**e
benedictio, gloria et laus. **F**orsan autem futurum est ad lite
ram, ut **I**sraēle dieb. ultimis conuerso, in terris hic positis,
sit tam aperta ueritatis professio, omnib. **I**sraēlitarum mi
nisterio uere conuersis, ut p. **I**sraēlis hereditate sint omnia
supputanda: quod tamen si aperte probare non possumus,
tamē neq. negare ualemus. **E**go multis animū meum com
mone facientibus puto futurum, ut id fiat, uerum nihil desi
nio. **A**t de his plura, sub finem **A**mos prophetae.

Et ascendent saluatores in montem **S**ion, iu
dicare montem **E**sau. **E**t erit domino regnū.

Ut sciant omnes qui sint, per quos **D**eus uicturus est
Idumaeos & alias gentes, ut ad **I**sraēlis transeant possessi
onem, hic seruatorum & iudicum uocantur. **N**i sunt **A**posto
li &

li, & uiri Apostolici, qui usq; in finem seculi erūt. **N**i quia pleni fuerunt, & erunt spiritu Dei, secundum eum iudicant, iudicantq; qui ex eis nunc sunt, & in futurum iudicabunt, qui amodo surgent, & ideo seruato es adpellantur. **I**udicium nanque, & uerbum diuini spiritus, fideles seruat. **I**dcirco quisquis purissime Dei uerbum annūciat, ostendens patenter, unde seruari possimus, nempe ex sola fide in **C**hristum, omnium qui per fidem in ipsum uerbum seruantur, seruator quidam est, eo quod salutis uerbum administret. **V**erum id est summopere cauendum, ne putemus ab alio esse salutem, quam à **C**hristo **D**omino. **I**pse enim est unicum illud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. **A**cto. 4. **C**hristus ergo est seruator, quod potentia seruet: alij autem, tantum ob ministerium uerbi quo seruamur, seruatores dicuntur.

Nunc obseruent **E**piscopi & ministri eloquiorum Dei, quales eos esse, quidue ipsos facere, oporteat. **D**ebent enim ascendere in montem Sion, per quem **E**cclēsiā capimus. **N**imirum nisi sint in eo monte Dei, non nisi seducere & perdere possunt: **D**emum, id summe eos facere necesse est, ut sint & faciant iuxta eorum nomen, quod non potest alioqui fieri, quā pure, diligenter, & cum timore ac tremore annūciando uerbum Dei, quo solo nobis est ex fide salus. **I**dcirco uiderint, ne quidquam figmentorum carnis admisceant, ne nō potius fidelium euersores quam seruatores sint. **V**ltimo, sciant quod ad eos maxime spectat, iudicare mōtem **E**sau, hoc est, superbiam, altitudinē, mendacia,

FRANC. LAMB. IN ABDIAM.

mendacia, & omnem falsitatem Antichristorum, ac omnium incredulorum. In iudicium namque mundi, id est, ut damnentur, & reprobentur, opera eius. Christus in mundum uenit, & spiritum suum misit.

Quis det toti orbi terrarum, ut pulsis cunctis euersoribus, soli seruatores admittantur? Etenim cum hi suscipiuntur & habentur, ingens omnino est felicitas. Per eos namque colliguntur omnes e-

lecti in Ecclesiam sanctam, ut fiat regnum huius mundi Dei et domini nostri **IESU**

Christi, cui ac patri, & spiritui sancto, sit honor decus & imperium in secula seculorum

Amen.

FINIS.

Franci-



FRANCISCI

LAMBERTI AVENIONENSIS,
in librum Iona^e Prophetæ Prologus.



IONAM SAN-
ctum, dum quis
fuerit, intente cō-
spicimus, Dei im-
mensam digna-
tionem in eo ue-
hementer admi-
ramur. Nimirū
quantum licet ex
illius uidere hi-
storia, uir fuit

plenus effrenatis iracundiæ, zelus, timoris, gaudijq; moti-
bus, parum charitatis in proximos habens, & de Deo
Opt. Max. minus quàm oportuit in bonitate sentiens. No-
luit parere Deo iubenti, sed putauit se posse fugere à facie
eius, qui ubiq; est. Grauatim omnino ferebat Dei iustio-
nem, eo quod timeret, se pro pseudopropheta haberi, si

Ninius

FRANC. LAMB. IN IONAM

Niniuite respicientes misericordiam consequeretur. **N**inivitis misericordiam consecutis tam irascebatur, et adfligebatur, ut mortem cuperet. **G**audio magno gauisus est, ob hederam, et mox ubi exaruit, irascebatur usque ad mortem. **D**eo carpeni quod male irasceretur, contradixit, adserens quod non male sed bene irasceretur usque ad mortem. In hoc autem minus de **D**eo bene sensit, quod dum eum summe bonum, sanctum, iustum, potentem, sapientemque esse sciret, non cogitavit eum omnia bene versurum, si illius iustioni simpliciter adqueuisset. **M**ultum profecto aberravit: **S**urgent forsitan in me nonnulli, dicentes, quod perperam de illo scripserim. **Q**uibus respon. quod si aliam ostendant historiam, aliter et scribam: **D**enique, quis sanctorum, non fuit peccator? **N**on reprobo sanctum a **D**eo electum, et vere dilectum, sed libenter predico, quam sit **D**eus mirabilis in sanctis suis, et quod ex eorum iniustitia, potius quam ex iustitia, dei summa bonitas, sapientia, iustitia, amplius commendantur. **R**oma. 3. **V**erum nolo ad fingere novas electorum iniustitias, ut plus magnificem iustitiam **D**omini, sed tamen vera esse non dubito, quae de eis in arcanis literis habentur. **E**t vere admirabilis est **D**eus in **P**ropheta isto, et nobis infidelibus magnam praestat in **D**ominum fiduciam, quod **D**avidem, **I**onam, **P**etrum, **P**aulum, **M**attheum, et similes, quos aberrasse palam est, in servos suos eligere non exhorruit.

Is prophetauit **N**eroboam filio **I**oas, **R**egi **I**srael quod esset

esset restitutus terminos Israël, ab introitu Hemath usq; ad mare solitudinis. 4. Reg. 14. Vbi etiam aperte dicitur, quod fuerit de Geth, quæ est in Opher.

Indubie quoq; Israëlitis multa locutus est, in nomine domini, ad id missus ab eo, commonefaciens illos ad resipiscentiam, & fidei sinceritatem, ipsisq; non conuersis, futura Dei flagella prænuncians, sicut in lege scriptum est. Nimirum Prophetæ, legis diuinæ interpretes erant.

Quia autem ipsi Israëlita semper erant corde incircumciso, & ceruice durissima, missus fuit Ionas ad gentes, nempe, ad ciuitatem magnam Niniue, ut eorū facilis conuersio, obstinatis ex Israël, in grauius uerteretur, iudicium. Proinde Christus illis dixit. Matth. 12. & Lu. 11. Viri Niniuite surgent in iudicio, cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Verbum namq; Dei semper causa est, iudicij horrendioris, his apud quos est frequens, & nõ quæ ratione oportet suscipitur. Ob id Dominus comminabatur, Corozaim, Bethsaida, et Capernaû. Matth. 11. et Lu. 10. Et Hierosolymam increpat, prænuncians eius excidium, eo quod occideret Prophetas, & eos quos ad eam Deus mittebat, lapidibus obrueret. Matth. 23. & Lu. 13. ac tempus reuelatæ ueritatis, suæq; uisitacionis non agnosceret. Lu. 19. Impossibile namq; est, ut nõ perferant grauissima, & non incidant in horrendam excelsi manum, qui ueritatem eius contemnunt.

Eiusdem

EIVSDEM ARGVMENTVM

in eundem Prophetam.

Ionas missus à Deo, ad prædicandum Niniuitis, non ad
quieuit præcipienti, sed fugit, & ueniens in mare, con-
scendit nauim, ut ueniret in Tarsum Cilicie, à facie
Domini. Mox in mare ad Dei imperium fuit orta tempe-
stas grauissima, & sorte missa, Ionas fuit deprehensus,
quod propter eum fuisset exorta. Quod ille confestim fuit
confessus, & iussit, quod in mare ab eis mitteretur. Illis
autem territis, & differentibus magis inflabatur hora-
tim mare, nec cessauit à nauì, donec in mare fuit missus.
Expositus uero fluctibus, uoratur à Ceto, et in eius uentre
saluus mansit tribus diebus, ac noctibus. Demum piscis il-
lum euomuit, & Deus misit eum denuo ad Niniuitas, &
tum paruit iubenti: Porrò Niniuite statim respuerunt,
& conuersi sunt ad Dominum, qui illos exaudiuit. Hoc no-
scens Ionas indoluit uehemèter, unde etiam Deus sumpta
occasione ab arefactione hederæ, pro qua & ipse Ionas
irascabatur: ostendit quod male omnino irasceretur, &
doleret. Nimirum pro re unde uehementer affligebatur,
illum maxime lætari, et exultare, oportuit. Is sanctus non
in omnibus, sed in plurimis typum gessit Christi, ut in no-
mine, officio, aut ministerio, et in eo quod fuit deglutitus
à ceto, et die tertio, ab eo exiuit, ac quod pro ueritatis pro-
pheta haberi uolebat, quantumlibet id absq; spiritus fre-
no cõcupierit, ac in eo quod summe zelabat pro populo I-
sraël, q̄ typū gerebat electorū. Verū sub finē libri opellū
subiūgemus, in quo hæc aptius Deo propitio cõscribemus.

Incipit



INCIPIIT

IONAS PROPHEA.

CAPVT PRIMVM.

Capitis summarium. Primum iubetur Ione, ut proficiatur in Ninive ad prophetandum. Secundo, ponitur inobedientia eius. Tertio, de uento in mare à Deo misso, & periculo nauis, ac proinde Ione & aliorum afflictione. Quarto, de sorte missa, & Ione per eam deprehensione. Quinto, Ionas à nautis interrogatus, ueritatem profitetur. Sexto, dicit nautis in uerbo Domini, ut eum mittant in mare, & cessabit mare à nauis.

PARS PRIMA.

ET factum est uerbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge, & uade in Ninive ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia ascendit malitia eius coram me.

o

Quod

Quod hic à principio, & conuinctio ponitur, quidam putant aliquid supplendum, ut bene conueniat, sic enarrantes: **I**sraëlitis uerbum propellentibus, & odientibus Prophetas ueritatis, non mittitur illis ultra **I**onas, qui, ut diximus in prologo, illis prius missus fuerat. **T**um, ut aiunt, bene congruit: **E**t factum est &. **S**ed uere hæc ratio nulla est, nam & **E**zechiel sic omnino incipit, & tamen non prophetauit à principio alijs quàm **I**sraëlitis. **C**eterum hæc est phrasis **H**ebraeis communis, sepe uti coniunctionibus eiusmodi, ut in compluribus **S**cripturae locis est uidere. **V**erum non dubito, eum à **D E O** missum ad **N**iniuitas, ut **I**sraëlitarum ceruix durissima palam fieret. **I**lli siquidem mox ad uerbum **P**rophetæ respuerunt, istis in cordis sui duritie permanentibus. **I**dcirco **D**ominus iudeis ueritatem non suscipientibus ait **M**atthæi duodecimo, & **L**ucæ undecimo: **V**iri **N**iniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt, ad prædicationem **I**onæ. **Q**uasi diceret: **V**os autem, me prædicante, non respiscitis, illis me longè minori mox adquiescentibus.

Igitur factum est uerbum **D**omini ad **I**onam filium **A**mathi. **M**ulti adserunt eum filium fuisse mulieris uiduæ **S**areptanæ, quem suscitauit **H**elias: **3**. **R**eg. **17**. quam mulierem palam est fuisse gentilem **L**u. **4**. Sic enim dixit impiorum **S**ynagoga, quæ erat in **N**azareth: **I**n ueritate dico uobis: multæ uiduæ erant in diebus **H**elie in **I**srael, quædo clausum

clausum est cælum, annis tribus & mensibus sex, cum facta est fames magna in omni terra, & ad nullam illarum misus est Helias, nisi in Sareptam Sydoniæ, ad mulierem uiduam. Ad id enim illius exemplum adlegauit, q̄ gentilis esset, ut liquet intuenti textus ordinem. Proinde autem dicitur filius Amathi, quod interpretatur ueritas, q̄ à ueritatis Propheta fuerit suscitatus. Eo namq; suscitato, mater eius dixit: Nunc cognoui, q̄ Propheta Dei estu, & uerbū Domini in ore tuo uerum est. Quod tametsi complures adseuerant, non uidetur ita esse. Nam 4. Regum 14. non Sareptanus, sed de Geib, non Palestinatorum, sed quæ est in Opher, fuisse dicitur. Nec est uerisimile, quòd si eiusdem uiduæ filius fuisset, nonnihil in libris authenticis reperiretur. Sed neque tertio Regum 17. neque apud Iosephum octauo libro Antiquitatum de filij dictæ uiduæ suscitatione agente, quicquam scribitur. Demum, ipse uiduæ filius, circa principia regni Achab Regis Israël fuit suscitatus, à quo tempore, usque ad principium regni Hieroboam filij Ioas Regis Israël, sub quo omnium consensu Ionas prophetauit, fluxere anni nonaginta septem. Et forsitan prophetauit toto tempore Hieroboam, qui regnauit annis quadragintauno. Illi enim prophetauit ipse Ionas, quòd esset deuideturus Syros, & restitutus terminos Israël, ut ait Iosephus libro nono Antiquita. capite undecimo. Cui bene consentiunt, quæ habentur quarto Regum decimoquarto. Deniq; ipsemet Ionas dicit, se non e gentibus, sed ex Hebræis esse, infra eodem capite.

○ 2 Ex his

FRANC. LAMB. IN IONAM

Ex his omnibus liquet, cum non fuisse dicte uidue filium. Quomodo enim gentilis & Hebraeus fuit? Et quomodo suscitatus est sub Achab, & prophetauit sub Hieroboam? Proinde id pure & simpliciter sentiendum est, quod Amathi est nomen patris sui, quem & puto fuisse Prophetam, iuxta Hebraeorum regulam, qui dicunt, illorum Prophetarum genitores Prophetas esse, qui in eorum libris memorantur. Quicquid aliud dixeris, non erit fixum.

Porro uerbum ipsum quod factum est ad Ionam, Dei iussio fuit, ideoque necessario obseruanda. Iussit autem, ut surgeret, iretque Niniue, ut in ea predicaret uerbum suum. Quod? Non dubium quin illud quod habetur infra capite tertio: Adhuc quadraginta dies &c. de quo suo loco, Deo uolente agemus. Quia, inquit, ascendit malitia eius coram me. Quando ascendit? Nunquid dum ab eo cognita fuit? Minime. Cognitio enim sua, est eterna, sed non ascensus malitiae hominum ad eum. Ascendit aliquorum malitia in conspectu Domini, cum ipsa malitia, quam ante secula praecognouit, perpetratur, & tam augetur, ut propter eam exterminari, aut alioqui flagellari promerentur. Sic dicuntur Niniuitarum iniquitates ascendisse, id est, creuisse coram Domino, ut sit sensus: Vidi quam increuerit, & adaucta sit malitia Niniue. Sic & nunc coram eo ascendit malitia Antichristorum,

Ionas ergo accepta à Deo legatione, debuit mox proficisci ad Niniuitas, quod urgeret ipsa iussio Domini. **Ni-**
mirum

mirum cui libet ab eo misso, euangelizandi incumbit necessitas. Neque licuit ei alio ire, donec prius consummaret ministerium, ad quod adsumebatur. Quid autem fecerit, mox subiungitur.

PARS SECVNDA.

Et surrexit **I**onas, ut fugeret in **T**harsis, a facie **D**omini. Et descendit in **I**oppem, & inuenit nauem euntem in **T**harsis. Et dedit nauulum eius, & descendit in eam, ut iret cum eis in **T**harsis, a facie **D**omini.

Miror qui fiat, ut nonnulli cum **D**eī scriptorum iniuria, uelint **P**rophetas **D**eī, & **S**anctos aliquot magnificare: cuiusmodi sunt, qui **I**onam non peccasse adseuerant. **P**eccauit enim, & multum quidem, sicut in prologo diximus, et in sequentibus palam fiet. **V**idimus enim, quod a **D**omino missus fuerat, quomodo ergo innocens fuit, dum non adqueuit deo mittenti? **N**am quemadmodum non licet prophetare his qui non sunt missi, ita missis tacere impiū est. **P**orro qui sint uere missi, libello proprio, cui titulus, **D**e fidelium uocatione, aperte tractauimus.

At **I**onas, accepta prophetandi iussione, obstitit **D**eo precipienti, & mox uoluit abire in **T**harsis, non dubium, quin in regionem sic uocatam, quam **I**osephus lib. 9. **A**nti-

FRANC. LAMB. IN IONAM

capite. 11. in Cilicia, alij apud Indos esse ferūt: tamen si hæc dictio Tharsis etiam mare significat, uerum non hoc loco, ob id præsertim, quod dicitur in textu, eum descendisse in Ioppen ad mare, ubi inuenit nauem euntem in Tharsis. In mari quippe erant, & nauigaturi erant in Tharsis. Et dedit nauem eius, id est, precium nauigationis, ut cum eis iret in Tharsis, à facie Domini, id est, ne impleret Dei iussuonem, manens in terra sua. Non enim intelligitur, quod putaret, DEVM nihil posse in mari, sed in ueritate quicquid putaret, admodum aberrauit. Et primum quidem, quia Dei præcepto non simpliciter adqueiuit. Nam quasi scelus idololatriæ est, nolle adqueiscere Deo. Et melior est obedientia quam uictimæ, primo Regum decimo quinto. Secundo, quia fugit, ne impleret ipsam iussionem Dei, quod ad contemptum Dei spectat. Sicut in fide ambulasset, dixisset intra se illud Psal. 127. Quò tibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumptero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Tertio, quod minus de Deo bene sensit quam oportuit. Nam si pleno corde agnouisset eum, sanctum, iustum, sapientem, omnipotentem, bonum, nunquam præcipienti cõtradixisset, neque tẽtasset fugere à facie eius. Denique liquet infra capite ultimo, quod ob id uel multo maxime noluit mox parere Deo iubenti, quod sciret Deum misereturum illorum, si resipiscerent: unde & timuit, ne ipsis misericordiam

miseri cordiam consequentibus pro pseudopropheta haberetur, si annu-
ciasset uerbum, quod Deus imperabat, nempe illud: **A**d-
huc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. **T**imuit quoque, ut puto, ne impij tribueret Deo ad impotentiam, si non iuxta uerbum eius mox euerteret eos. Sed hæc nullatenus excusant eum à peccato, quin potius ad-
cusant, & quàm parum charuatis habuerit, palam faciunt. **N**am si uere omnium salutem dilexisset & exoptasset, etiam cum **M**ose **E**xodi 32. & **P**aulo **R**om. 9. pro eis anathema fieri uoluisset, potius quàm perderentur.

Aiunt quidam, eum præinde noluisse confestim ad Niniuitas proficisci, quòd sciret se missum ad illos, in iudicium grauius Israël, qui, alienigenis ad uerbum Domini resipiscen-
tibus, semper dura ceruice, et incircumcisus cordibus erant. **A**t hæc nihil faciunt, nisi ad maiorem inobedi-
entiae eius condemnationem. **N**am si uere in eo fuit sensus spiritus Dei, nõ ignorasset, quòd in omnibus gentibus **D**eus summus Princeps erat, & de illis multa esset cura, quodque etiam gentes fide saluæ fiebant. **N**am & **A**bra-
am, antequam circumcisus esset, Dei amicus, & iustus factus est, illius promissionibus credens, ut late **P**aulus ostendit. **R**oman. quarto. **N**onne **J**ob & amici eius, **N**aaman **S**yrus, uidua **S**areptana, & **A**chior fuere è Gentibus, & simul iusti & sancti? **P**rofecto non fuit in eo scientia Dei, quantum oportuit, uera scilicet atque integra fides, neque necessaria in proximum dilectio, alioqui non optasset simpliciter **D**eum non misereri Niniuitarum, etiam postea-

quam prædicasset, eos post dies quadraginta subuertendos, quin potius Dei misericordiam fuisset deprecatus, pro illis, ut salui fierent.

Quid obsecro, tam anxie eiusmodi figmentis, adferre quorundam innocentiam, Dei Ecclesie conducit? Nonne Deus omnes conclusit sub peccatum, ut omnium miseretur? Rom. 11. utq; solus in omnibus, iustus, bonus, & sanctus prædicaretur. Quid autem obest, magno nomini Domini, profiteri rem ipsam, nempe, qd & Sancti peccauerint? In Christo enim, ex fide, iusti, sanctiq; fuere: ex se uero fragiles, miseri, peccatores. Perditi sunt proprijs factis, Dei autem Optimi Maximi bonitate seruantur. Electos suos habet, quos neque etiam propria eorum impietas, rapere potest e manu DOMINI, & nihil omnino eos perdere potest. Siquidem incredulitas, rebellio, aut quæuis iniquitas, propositum, & electionem Dei irritare non potest, quin potius per hæc, eius decreti inuariabilitas, & iustificatur in sermonibus suis, ac uincit, cum ab impijs iudicatur, quod sit crudelis nimium, & non seruet, quæ electis suis promittere dignatur. Ergo nostra iniustitia, Dei iustitia commendatur. Roman. tertio.

Igitur, nemo abneget peccatum Ionæ, quod profecto fuit grauissimum, ne & scripturam torqueamus in sensum repugnantem, & magno Dei nomini aliquid detrahamus. Scripturæ maiestate aperte cognoscimus, quod non adqueuit Deo iubenti, quod non satis dilexit proximos, quodque male iratus fuerit, quis inficiabitur?

bitur? Sed non potuit Dei propositum irritum fieri, quocum uolebat, & predicare Niniuitis, & seruari. Proinde adflixit illum, donec resipisceret.

Profecto ipsi glorioso Dei nomini, non parum detrahunt, qui aliquot e Sanctis, etiam Scriptura iniquitates eorum aperiente, aberrasse negant. Eiusmodi sunt, qui dicunt Petrum non peccasse, cum Christo dixit: Absit a te Domine. Et cum a Paulo sibi fuit in faciem contradictum, dum Iudeos cogeret ad Iudaizandum. Pari insania Franciscani dicunt, Diuum Franciscum nunquam mortaliter, ut loquuntur, peccasse: idemq; sentiunt Dominicans de suo Dominico, et Benedictini, de suo Benedicto & c. Et si quis adficatur Catharinae, aut Barbarae, aut Apolloniae, aut Agneti, aut alijs Sanctis, idem admittitur de illis adserere, sicque predicant homines, insignes hi confectores, ut Dei bonitatem negent. O insaniam nullatenus ferendam. Nos contra adserimus, eos aberrasse, & peccasse non raro. **DEVM** autem, non eorum meritis, sed gratis, & sola dignatione ac bonitate sua, illorum miserum. Ego non dubito, Diuum Franciscum, uirum simplicissimum, Deoque acceptissimum fuisse, quantumlibet aberrarit & peccarit. Sed donauit illi Deus, non meritis eius, sed bonitate sua, & sicut ab eterno praedestinatus erat, ut uere resipisceret, indeq; seruaretur. Impossibile namq; fuit, & ipsum (quem ex electis esse confidimus) & alios electos desperire: ideo, qui proprijs factis seruari

FRANC. LAMB. IN IONAM

non poterant, Dei misericordia salui facti sunt.

Quam mirabilis est **DOMINVS**, in criminibus, erratisque electorum. Hoc est unum e summis, quod maxime agnoscere cupio, & confido me aliquando cogniturum, tum scilicet, cum omnia abscondita Deus reuelabit, quam sit gloriosus **DOMINVS** in electis suis, quos & errare fecit à uijs suis, & iustificauit, ut iuxta propositum suum seruariantur.

Video uiros etiam in Scripturis celebratissimos, quos & aberrare fecit, & ab errore misericorditer reuocauit. Peccauit Adam, Moses, & Aaron, non glorificauerunt **DEVM**, coram filijs Israël, ad aquas contradictionis. Miserime ceciderunt, Dauid & Salomon. Iosaphat, Ozias, Asa, Ezechias, Manassesque aberrarunt. Et hic Propheta noster, **DEO** uenit non adqueuit. Sed quid ueterum exempla querimus? Plura coram uidemus, quam legamus. Quis tam pius, bonus, in Scripturis exercitatus, & iustus, quem **DEVS** sub peccato non concluderet, ut eius misereatur?

Sentio & ego miser pondus meum, & magnum quidem. Video onus graue, imò grauissimum, quod fero, & quo Deus Opt. Max. onerauit me. Noui quam infinita mihi desiderem, quam infinita in me odiam Errauit, & erro indies, in uita mea, sed quare seruum tuum Domine? Fa-teor onus mecum libenter, ut me exonerare digneris. *Id au-tem*

tem per temetipsum obsecro, ne me repellas à pueris tuis, ut in me extinguas & mortifices, quæ carnis sunt, & me in teipso perficias. Et nūquam sinas me aberrare animo, ab immaculatis uijs tuis. Quod autem spectat, ad ministrum uerbi tui, ad quod me uocare dignatus es, da seruo tuo spiritum, quo uere ac sancte scribat & doceat sermones tuos, & impedi me, ne unquam aliena ab ipso spiritu doceam, Amen.

P A R S T E R T I A.

Dominus autem misit uentum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nauatæ, & clamauerunt uiri ad Deum suum, & miserunt uasa, quæ erant in naui in mare, ut adleuiaretur ab eis. Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Et adcessit ad eum gubernator, & dixit ei. Quid tu sopore deprimeris? Surge, et inuoca deum tuum si forte recogitet deus de nobis, & non pereamus.

Non potuit Ionæ cogitatio irritare propositum Dei, tam de eo seruando, quam de eo quod uolebat illum Niniuitis predicare. Perisset autem proculdubio, nisi Deus illum ab errore reuocasset. Proinde cum fugientem, maris

FRANC. LAMB. IN IONAM

tem maris tempestate percussit, ut resipisceret. **R**esipuit uero tactus externe flagello, & interne spiritu sancto. **N**am flagella sine spiritu, non salutem, sed desperationem adferunt. **F**actumq; est hac graui maris tempestate, ut & **P**ropheta corripereetur, & nauae uiderent potentiam dei excelsi. Igitur misit **D**eus uentum magnum in mare, & tempestas magna exorta fuit, ita ut nauis periclitaretur. **T**amq; subito uenit ipsa tempestas, & ut Iudaei adserunt, in eam solam nauim, cum aliae multae non longe essent, sine tempestate, ut nullus non aduerteret, **D**eimanu eam tantum nauim uelle concutere, in qua Ionas erat.

Expauerunt propterea nauae, & clamauerunt omnes, qui erant in naui, unusquisq; ad **D**eum suum, ad idolum suum. **Q**uid, obsecro, minus faciunt hodie, & fecerunt haec tenus omnes, quos **A**ntichristi factio seduxit? **N**onne habet quisq; deos suos, & idola sua? **D**eiautem, a quo est salus, obliuiscuntur. **V**ouent ad idolum beatae uirginis, aut alterius sancti, quod in isto uel in alio loco habetur, & **D**eum non inuocant, namq; **A**duocatum & **M**ediatorem nostrum dominum **I**ESUM **C**hristum, floccipendunt. **S**ed non seruant idola, se precantes, sicut neq; seruarunt nauas praescriptos, dij eorum. **A**t dices, innumera signa facta sunt, ex id genus inuocationibus diuorum, ut ex compluribus historijs est uidere. **R**espon. **D**eum simplicitatem fidei non nullorum respexisse, alios autem dignos iudicasse, ut id genus prodigijs magis in errore firmarentur. **H**aec sunt prodigia & signa mendacia, de quibus **D**ominus meminit.

Math.

COMMENTAR. CAPVT I. 111

Matth. 24. & Marc. 13. de his nonnulla scripsimus, libro de causis excecationis, tractatu. 5. cap. 12.

Videntes postmodum, quàm nihil proficeret eis suorū idolorum inuocatio, nauem adleuiauerunt multis: Ionam quoque dormientem excitarunt, precipientes, ut Deum suum precaretur, ne disperirent. Quid causæ fuit Ionæ, ut descenderet in nauis interiora, ad dormiendum? Nesciuit, quòd curta foret eius dormitio. Nouit Deus excitare sopore depressos. Putabat forsàn, se sic euasurum, quod Deus ab eo fieri prædefinierat. Sed non est sapientia, non est cogitatio, non est consiliū aduersus Dominum. Excitatur ergo, indubie territus cum alijs. Cognouit Dei manum, quem precabatur, ut cessaret ab eis mare, & nō exaudiebatur, quod non ex fide, & peccator erat. Scimus autem, quia Deus peccatores, incredulos scilicet, & uerbo suo contradicentes non exaudit. ioh. 1. Interea semper inflabatur & ibat mare, & nauis in horas & momenta magis periclitabatur, nec cessauit, donec is propter quē orta fuit ipsa tempestas, & deprehensus, & in mare proiectus fuit.

PARS QVARTA.

Et dixit uir ad collegam suum: **Mittamus fortes, & sciamus, quare hoc malū sit nobis.**
Et miserunt sortes, & cecidit fors super Ionā.
NON

FRANC. LAMB. IN IONAM

NON putemus id factum alioqui, quam Dei consilio, ut sortes mitterentur, & per eas Ionas deprehenderetur. Dilexit eum Dominus, & noluit male perire, ideo hæc omnia fieri uoluit. Nam nobis permittere, quæ perperam concupiscimus, maximum eterne reprobationis indicium est. Sic consuevit Deus, præpedire electos suos, ne proprias cogitationes adimpleant. Non puto illos, iuste usos sorte, imò neq; usi sunt alioqui, quam superstitione uana, ut gentiles & increduli. Verum is qui sortium temperator est, ex eis indicauit rei quam petebat ueritatem, non ut illorum faueret superstitioni, sed ut impleretur, quod de Iona fieri uolebat. Sic et Nabuchodonosor sortes temperauit in gloriam suam. Eze. 21. Proinde habetur Prouer. 16. Sortes mittuntur in sinum & à Domino temperantur. Et cap. 18. Contradictiones dirimit fors, & potentes quoq; dijudicat. De sortibus licitis atq; illicitis, & qua ratione, & quando sit illis utendum, ac de uocatione Matthæ per sortem, plene egimus, libello, de uocatione fidelium. cap. 19. 20. 21. 22. & 23. Idcirco de illis nunc minime scripsimus.

PARS QUINTA.

Et dixerunt ad eum. Indica nobis, cuius causa istud malum sit nobis. Quod est opus tuum, quæ terra tua, et quo uadis, uel ex quo populo es tu. Et dixit ad eos. Hebræus ego sum, & domi-

& dominum Deum cœli, ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt uiri, timore magno. Et dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim uiri, quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.

Deprehensus tonas & interrogatus, respondit, non dubium quin plenius, quàm hic scriptum sit, quod ex hoc aperte conicitur, quod subiūgitur eum illis indicasse, quod à facie Domini fugeret. Audierant quàm magnus & potens est Dominus: uidebant quæ hūc esse Prophetam eius, & quod Deo non a dquiescendo perperam fecisset, agnoscebant. Propterea timuerunt uehementissime. Increparunt quoque illum, quod fugeret, dixeruntque: Quid hoc fecisti? Quid. Nosti eum omnia posse, & in terra & in mari: Qui ergo fieri potuit, ut tam imprudenter fugeres? Errasti admodum, sciens potentiam & uoluntatem eius, & illi neuitquam adquiescens. Quomodo ita cecidisti, qui Prophetam Dei es, & cuius est corripere eos, qui ipsi Deo parere nolunt?

Increpant uirum sanctum peccantem, sed sua errata, abominationes, & idololatriam, in seipsis nō reprehendebant. Eiusmodi sunt, etiam nostro seculo, cæci multi, qui Dei Prophetarum quantumlibet minutula crimina taxāt, & carpunt, obloquunturque; proinde de illis, suas autem impietates paruaducunt, et illarum obliuiscuntur, quasi nihil essent, imò neque ipsas pro iniustitijs habent. Sic insanit
ta conu

FRANC. LAMB. IN IONAM
ta coniuratio Antichristi, contra Prophetas ueritatis.

P A R S S E X T A.

Et dixerunt ad eum. **Q**uid faciemus tibi, & cessabit mare a nobis? **Q**uia mare ibat, & intumescerebat super eos. Et dixit ad eos: **T**ollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a uobis. **S**cio enim ego, quoniam propter me, respectas hæc grandis, est super uos.

Quantumlibet nautæ uiderent Ionæ erratum, quia tamen audierant, eum esse Prophetam Dei, uolebant ab eo doceri, quid facturi erant. Timebant nullo consilio se maris tranquillitatem uisuros, nisi facerent quod Deus uolebat, nempe ut Ionas dimitteretur e nauis, ut impleret Dei legationem ad Niniuitas. Quod illis erat difficilimum, eo quod longe essent à terra, & maris tempestas circa nauem, semper augebatur. Intumescerebat enim super eos, ait textus. Recte super eos, quia non ita super alios, qui erant in cæteris nauibus, ut Hebrei dicunt. Proinde ab eo scire uoluerunt, quid facerent.

Tum ille cognoscens peccatum suum, & uidens quod propter eum maxime, tota nauis periclitabatur, compunctus animo & in domini spiritu, ait. **T**ollite me & c. Arbitror eum nesciuisse, quid de eo facturus erat Deus. Sed ita coangustatus undiq; & illustratus à Domino, exhorruit crimen,

COMMENTAR. CAPVT I. 113

erimen, se fieri reum tot animarum, quot in naui erāt, præ
sciuitq; mare à tempestate desiturū, si in illud à nautis pro
ijceretur. Nolut **Deus**, ut seipsum **Propheta** in aquas con
ijceret, sed id uoluit nautarum ministerio fieri. Idcirco
nautis præcepit, ut eum tollerent, mitterentq; in mare:
nā hoc solo remedio, illis erat reditura grata trāquillitas.

Et remigabant uiri, ut reuerterentur ad ari
dam, & non ualebant, quia mare ibat, &
intumescebat super eos. **E**t clamaue
runt ad **DOMINVM**, & dixerunt:

Quæsumus **Domine**, ne perea
mus in anima uiri istius, & ne
des super nos sanguinem in
nocētem, quia tu **Domine**
ne, sicut uoluisti, feci
sti. **E**t tulerunt **Io
nam**, & mise
runt in ma
re. **E**t ste

tit mare à feruore suo. **E**t
timuerunt uiri, timore
magno **Dominum**,
et immolauerūt
hostias

DOMINO,
& uouerunt uota.

P Nautis

Nautis angustiae erant undique. Intumescite pelago, non licuit eis portui fieri proximiores, timebantq; ad pacandum mare. Prophetam Dei conijcere in aquas, ne coram Domino, pro innoxio sanguine rei essent. Nolebant tamen morte uiri Dei, à periculo liberi fieri, si qua alia uia ad salutem pateret. Idcirco nitebantur, ut remigando peruenirent ad aridam, ut & Ionas ueretur, & ab ipsis mare cessaret. Sed Deus mari iusserat, ne uiam eis nauigantibus præberet, donec illi daretur, quæ uolebat & mergi, & à ceto in tempus deglutiri.

Propterea nihil remigando proficiebant. Nimirum pax haberi potest à nemine, donec impleat sermonem Dei excelsi. Ionæ ideo rebeli, & non adquefcenti Domino, non fuit pax, & mare non cessauit à nauis, donec implerent uerbum Dei, ex ore Ionæ, & illum in aquas miserunt. Metuebant se grauius habituros, si ipsum uerbum seruarent. Quid timet carnis prudentia exciecatissima? Putat melius se habituram, si proprium, non **DEI ALTISSIMI** consilium seruat. Sed nequaquam ita est. Siquidem ueram tranquillitatem nullus est habiturus, nisi Dei iussioni morem gesserit.

Quot nauis simillimos habet terra: nimirum omnes in quibus non uiuit fidei integritas, eiusmodi sunt. En uides, quàm nunc, ueritate Dei misericordia palàm facta, in numeri trepident. Metuunt nanq; sibi mille Gehennas, si Deo paruerint, sicq; cæci facti sunt, ut Dei eloquia Sata-

ne

ne esse dicant, & è diuerso, quæ sunt Satanae, diuina esse
arbitrantur. Etenim sic faciles sunt, ad sibi metuentum
aduersa, nisi obseruarint, quæ iuxta carnis prudentiam
sapiunt, quemadmodum & facile, cum iuxta eandem pru-
dentiam uiuunt, montes aureos, coronas aureas, aureolas,
meritorum sarcinas, & quæuis ingentia sibi promittunt.

Si dicis alicui eorum, qui se Monachismo addixerunt:
Defice à traditionibus hominum, & seclis perditionis,
ut purius atque liberius pareas Dei imperio, mox horret,
metuitq; sibi mille Gehennas, cruces, aduersa. Quomodo,
inquiet, non seruabo quod uouit? Nec uidet cæcus, quod
sectarum omnium uota, aduersus Christianismum ex dia-
metro pugnant. Sic enim seipso adstringunt traditioni-
bus et mandatis hominum, ut neq; liberi in **CHRISTO**
sint, neq; ueri fideles unquam esse possint. A necessaria
quippe omnium fidelium obedientia se eximunt, ut pare-
ant talpis quibusdam excæcatis. & eisdem solis quidem.
Nōne, si quispiam æger roget monachum aut monialem,
ut ei egresso claustro ministret, aut iuuet & consoletur eos
qui sunt in carcere, hospitibus (ut uocant) & alijs graui-
bus pressuris, respondebunt? En frater, non licet mihi, ni-
si adueniente nostræ domus præside: sicq; propter monasti-
ces hypocrisim, & traditiones floccipendit præcepta Do-
mini, & proximis non exhibet charitatem, ut ipse iubet.

Vides, quàm execrabile sit uotum quodcunque eius-
modi, ideo nullum, & irritum omnino est. Quid mi-
nus in his uidet, quàm in nauis, non adquietibus

FRANC. LAMB. IN IONAM

uerbo **DEI**, ex ore **Prophetae**? Idcirco uera pax nunquam potiuntur. Impossibile nanque est, ut regnantibus hominum traditionibus, adsit sacrosancta animi tranquillitas, quae tum solum habetur, cum impollutus **Dei** sermo in corde suscipitur. Quomodo illis pax esse potest, à quibus nunquam longè sunt, murmurationes, inuidiae, discordiae, irae, pugnantia decreta, & eadem quidem innumerabilia, quibus illaqueantur conscientiae, eo quòd nunquam obseruari possint. Item in oratione multiloquium, indeq; fastidium & uexatio spiritus, in conscientia, nullo forsàn dempto, continui scrupuli, à quibus non est miseris pax, uisio pernitiosissima, qua alius sexus concupiscitur, & id genus infinita. Quere infelicissimum genus hominum, **Monachi**. Quid enim uides in eis, nisi mare spaciosum, in quo uenenata reptilia innumera semper turbulentum, fluctuans, intranquillum? Quae autem de seclarum pernitie diximus, eadem ferè de uniuersis, qui **Dei** uerbo, alijs reiectis, minime adquiescunt, apertissime conspicias, si, qua ratione uiuant, expenderis.

Igitur non cessauit mare à nauì, donec Ionam miserunt in mare, sicut praeceperat **Dominus**. Tum ergo orarunt **Dominum**, & dixerunt: Quaesumus **Domine** &c. Vide, quàm sancte de peccati fuerint, profitentes opus **Dei** esse, quod uidebant. Quemadmodum, inquiunt, uoluisti, ita & fecisti. Breuis sermo, sed praeclaro & alto sensu. Omnia quaecunq; uoluit **Dominus**, fecit in caelo & in terra, in

ra, in mari, & in omnibus abyſſis. Mox trepidantes im-
pleuerunt ſermonem Dei, & conſeſtim redijt tranquillitas.
Iuuat Deus eos, qui uel corde trepido quæ iubet ſer-
uant, & omnia in melius fortunat. Si non poſſunt toto eor-
de credere, bene illis futurum, ſi Dei uerbum puriſſime ſer-
uent, ſaltem non abnegent, & ſola in bonitatem eius fidu-
cia, adgrediantur quod præcipitur. Indubie enim mox ſen-
tient, quàm ſit glorioſus Deus, quàmq; fidelis & uerax in
uerbis ſuis, & his qui ea conſeruant.

Nihil dubito, uirum ſanctum, adhuc in mari cum illis
exiſtente, illos bene inſtituiſſe, de his quæ ad Deum ſpe-
ctant, docens eos, quàm magnus, iuſtus, ſapiens, bonus, po-
tensq; ſit, quàmq; ſint obſeruanda. & ſtatim abſq; diſcuſ-
ſione implenda, quæcunq; præcipit. Vnde illi à Domino
illuſtrati, & illum precari, & illi fidere potuerunt.

Inſtructi quoque ab eo, nempe Iona, & uidentes ma-
gnalia Dei, illum timuerunt timore magno, immolantes
hoſtias, & uota uouentes. Timuerunt, ut puto, timore deo
accepto, & ideo uere magno. Eſt autem hic timor, ſuij-
pſius annihilatio, & toto corde profiteri Dei magnitu-
dinem, & noſtram infirmitatem ac nullitatem. Siqui-
dem nihil à nobis eſt in nobis, niſi peccatum. Nam ſi quid
boni habemus, hoc Dei eſt. Apertius: Dei timor ſanctus
eſt, ſumme expauere, ne quicquam eorum quæ ad De-
um ſpectant, nobis uſurpemus, ut bonitatem, iuſtitiam,
ueritatem, ſanctitatem, pacem, uirtutem, & ſimilia quæ-
P 3 cunque.

FRANC. LAMB. IN IONAM

cunq̄ue. Hic est castus, purus, sanctus, necessariusq̄; **DEI** timor, uere magnus, insignis, præclarus, quem solus ueritatis spiritus in electis operatur. Vitet hoc loco fidelis quisque, uaria figmenta Sophistarum, de timorum diuersitate, nihil ad rem pertinentia.

Porro, hic timor non aliunde proficiscitur, quàm ex fide. Siquidem fructus est ueræ in Deum fidei. Ergo hi uiri, Domino crediderunt, testimoniamq̄; fidei eorum, sacrificia externa ac uota fuerunt. Immolarunt nanque Domino uictimas, ut moris erat antiquorum, fidem propriam hostijs protestari. Nos autem, quibus sacrificijs uti oporteat, agemus, **DEO** uolente, apud Malachiam capite primo.

Cæterum, quid putamus illos uouisse, nisi se aliquid oblaturos apud Hierosolymam, aut missuros ad eam, aut egenis Dei causa donaturos? Tum licuit uouere, se uenturos Hierosolymam. Nunc autem eiusmodi uota, ad eam, uel ad Diuum Iacobum, uel Romam, uel ad Sanctam Mariam de Laureto, uel ad Diuum Nicolaum, uel ad alios Diuos, impia sunt. Viro diuiti non coniugato, in fide uiam ad Hierosolymam adgredi, non alia causa, quàm ut uideat regionem, in qua Dominus conuersatus est, et sine huius operis fiducia, Deo acceptum esse non dubito. Illud autem uouere, intutissimum est. Deniq̄; Hierosolymam mendicando proficisci, rapina est, ut in nostris commentarijs in regulam Minoritarum, capi. 13. probauimus.

Vitentur

Vitentur reliqua omnia peregrinationum uota, ad Santos, uitentur & discursus ad eos. **A**d quid enim proficiunt, nisi ut mentem à Deo & uerbo eius præpediant, ociosos & curiosos faciant, adulteria & fornicationes multiplicent, & complura damnariuriani? **V**ix nanq; reperies uel unum tãcum, qui eiusmodi peregrinationibus, non sit factus lasciuor, inconstantior, uerbosior, imprudentior, fallacior, atq; mendosior. **E**i quis sufficeret enumerare, quot inde prodeant mala?

Quid precor uexamur tot malis artibus frustra? **N**onne quamdiu uiuimus, peregrinamur à Domino? **U**t quid ergo querimus aliam peregrinationem? **N**onne prima tibi satis est, ad omnem uitam tuam? **C**ur ergo aliam uis? **C**rede, obsecro, ueritati. **P**eregrinus est fidelis quisque, sciensq; se non habere hic permanentem ciuitatem, peregrinatur, futuram inquirens. **T**u quoque idem fac, ut fidelis sis peregrinus. **N**am uere omnes alie peregrinationes, ad quas Dei uerbo non compellimur, increduli pectoris fructus sunt. **P**eregrini fuerunt patres nostri, sed non alioqui quàm Dei uerbo compellerentur, quorum exempla nos sequi oportet.

Videmus, heu, complures tam promptulos ad uouendum, ut miraculo sit rem intelligentibus eorum insania. **V**ouent, quæ nunquam sunt obseruaturi, imò nec possunt quidem. **V**ouet mulier infirmante marito aut prole, se multa daturam idolis istis aut illis, se uitam illò aut istò,

P 4 à quibus

FRANC. LAMB. IN IONAM

à quibus ueruntamen Antichristus & sui dispensant, si aurea, uel argentea manus interceſerit. Vouet ille ingredi monasticen, alius eidem filios proprios aut filias deuouet: alius promittit adferre in templum aliquod, ea quibus alere debuit familiam, aut quæ oportuerat distribuere egenis: Alij ex uoto execrabili sacella edificant, misſas conuentione usuraria fundant, uxoribus dimiſſis peregrinantur ad Sanctos. O insanias, o errores. Vt nam tandem uniuersi reſipiſcant. Ob id Episcopi omnes inuigilent, ut ab istis plebes cunctas reuocent, absoluantque uniuersos his uotis ſeductos, ne diſpereant.

Si quis uouere deſyderat, uoueat quæ à Dei ſermonibus non diſſentiunt. Verum id commune facio, magnè periculi rem Christianis eſſe quodcunque uotum. Ideo ſi in periculis ſunt, aut aliquid mali habent ſui, uiderint ne quicquam uoueant. Nam quicquid eos, aut facere, aut uitare oportet, in diuinis eloquijs palàm fit. Quid ergo facient? Petant auxilium Domini, multa fiducia & humilitate. Solam nanque fidem exigit. Omnia deinde opera eius ſunt in fide. Psalmo trigeſimoſecundo. Et ualenti credere nihil deerit, quòd fides ſit potentie admirabilis. Fide ſanati fuere, puer Centurionis, cæcus natus, mulier ſanguinis fluxum patiens, & alij quos Dominus reddidit ſanitati. Lege ſcripta Dei, & inuenies, quòd omnia etiam opera ſint crimina, quantumlibet in faciem bona uideantur, ſi non ſunt ex fide. Rom. decimoquarto.

Et oculi

COMMENTARI: CAPVT II. 117

Et oculi **DOMINI** respiciunt fidem, Hieremia quinto.
Quod autem fidem laudamus, non damnamus opera ex
fide, sed illa uolumus. Ergo in magno casu positus, pete
auxilium **Domini** in fide, decernens te facturum tota ui-
ta tua, quicquid **Dei** uerbo faciendum, aut dimittendum
agnoueris. **Q**uod si pleno corde feceris, indubie exaudie-
ris à **Domino**. Mox autem ut fueris liberatus, uide, ne
ullam **Dei** iustionem spernas. **L**ege scripta **Dei**,
atrerantur sacra **Biblia** manibus tuis, in eis-
q; die ac nocte mediteris, ut facias
ea, & bene tibi erit.

CAPVT SECVNDVM.

Summarium capituli. **P**rimo, de eo quod **Ionas** fuit de-
glutitus à ceto. **S**ecundo, ponitur canticum eius
in uentre piscis adhuc existentis. **T**ertio,
quod **Domino** præcipiente, piscis
uomuit **IONAM** in
aridam.

PARS PRIMA.

Et preparauit **Domini** piscem gran-
dem, ut deglutiret **IONAM**. **E**t erat
IONAS in uentre piscis, tribus die-
bus, &

FRANC. LAMB. IN IONAM

bus, & tribus noctibus.

In signis protectio Dei, qua iuuuit & seruauit Ionam,
in uentre piscis. Quia enim uniuersorum Dominus
est, fecit ut piscis fieret seruo suo carceris habitaculum,
quia contradixerat imperio suo. **O** factum admirabile,
quo ueris fidelibus, exemplum diuinæ miserationis, &
quàm tutum sit illi fidere, exhibetur. **V**bique potest ser-
uare Deus. Quàm ergo tutares est, fidere illi, & spera-
re in eum. Quis audiuit à seculo rem talem, uentrem ce-
ti fieri domicilium hominis? Sed ita uoluit Deus, facere
cum seruo suo, etiam rebeli, & non adquiescenti, fecitq;
ui ipsa percussio esset, & ipsi Prophetae, & toti orbi, in
grande miraculum. Quàm bonus Israël Deus. Fidant
ergo illi uniuersi, & in tribulatione ac periculo quantum
libet graui positi, huius facti recordentur, nec dubitent e-
um seruare nos posse inter quaecunque pericula, qui etiam
in uentre piscis & corde maris, tribus diebus ac noctibus,
Ionam uiuum seruauit. **O**bseruent quàm potens est impe-
rare creaturis. **P**ræcepit namq; ceto, & deuorauit Ionam,
non masticandum, non digerendum in substantiam suam,
sed custodiendum, donec præciperet diuersum, & euo-
meret saluum, quem deglutierat. **I**n te solum Domine spes
mea est, quod & solus sis, bonus, potens, fidelis, & uerax.
Serua in diebus tribulationis & crucis electos tuos, & se-
men eorum, qui seruum tuum Ionam tanto miraculo ser-
uasti

COMMENTAR. CAPVT II. 118

Uasti. Et noli respicere ad iniquitates nostras, qui ideo lo-
nam minime perdidisti, quod tibi iubenti non adqueuerit.

Habes hic insignem locum, quo Ionas Domini **IESV**
Christi typum gerit. Sed de his, in libro allegoriarum huc
adiecto, nonnihil adijciemus.

P A R S S E C V N D A.

Et orauit Ionas ad dominum Deum suum,
de utero piscis, & dixit:

Clamaui de tribulatione mea ad dominum,
& exaudiuit me.

De uentre inferi clamaui, & exaudisti uo-
cem meam.

Et proiecisti me in profundum, in corde ma-
ris, & flumen circumdedit me.

Omnes gurgites tui, & fluctus tui, super
me transierunt, & ego dixi:

Abiectus sum a conspectu oculorum tuo-
rum, ueruntamen rursus uidebo templum
sanctum tuum.

Circūdederūt me aquæ usq; ad animam
abyssus uallauit me: pelagus operuit caput
meum.

Ad extrema montium descendi, terræ ues-
tes concluderunt me in aeternum.

Et

FRANC. LAMB. IN IONAM

Et subleuabis de corruptione uitam meam, domine deus meus.

Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templum sanctum tuum.

Qui custodiunt uanitates, frustra misericordiam suam derelinquunt.

Ego autem in uoce laudis immolabo tibi, quaecumque uoui reddam pro salute mea domino.

IONAS mox ut uidit, elationes maris expauescendas, & uere admirabiles, territus fuit, uerum à Domino illustratus ne desperaret, credidit aliquid mirabile futurum, & se tandem eripiendum, tametsi modum ignorauit. Orauit enim tum Dominum, nec cessauit orare, & dum missus fuit in mare, & dum glutiebatur à ceto, & dum in eius uentre fuit. Mox autem, ut adhuc in piscis uentre positus, agnouit se exauditum à Domino, quæ hic habentur apud se dixit, quæ uere magis sunt gratiarum actiones, quam deprecationes. Verum etiam tum orasse dicitur, quod uera gratiarum actio, & Dei benedictio, nunquam sit absque pio adfectu in eum. In pio autem adfectu, pura oratio sita est. Seruatus igitur Dei misericordia, sicut corpore, ita & animo integer, roboratusque in fide, ac certior redditus, quod Deus illum exaudierat, dixit. Clamaui de tribu

tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me. **Clamauit** forsitan etiam uoce, territus ob maris feruorem, et ingentem bestie molem, antequam ab ea glutiretur. **Verum** indubie magis fuit clamor ueræ fidei, quàm oris. **Clamauit** autem animo semper, in uentre piscis. Is animi clamor est, quem maxime **Deus** uult, & quo spiritus domini **IESU** Christi clamat in cordibus nostris: **Abba pater.** Gal. 4. **Eo** clamabat ad **Deum** **Moses**, cum **Deus** ipse ei dixit. **Quid** clamas ad me? **Exo. 14.** Et tamen nihil tum orasse legitur. **Sic** & ille clamauerat, qui dixit. **Clamaui** in toto corde meo. **Psal. 118.** **Beatus** qui sic in tribulationibus, & semper clamare nouit. **Impossibile** namq; est, eiusmodi non exaudiri.

Adiicit autem se clamasse, & fuisse exauditum, de uentre inferi, id est, piscis, qui tam ob ingentem corporis molem, quàm ob tenebras horribiles, infernus quidam illi erat. **Quidam** aiunt, quod agnouerit se exauditum, etiam antequam à pisce glutiretur, sed profecto id non potest ex textu adseri, quin potius obpositum. **Quandoquidem** se exauditum dicit, cum adhuc in uentre ceti clauderetur. **Qui** locus insignis est, ad manifestandam bonitatem dei, & ueræ fidei uim. **Vbiq;** enim exaudit, eos, qui in se credunt.

Ait deniq; **Et** proiecisti me in profundum (hoc est) in corde maris, & flumen (maris inundatio) circumdedit me. **Omnes** gurgites tui & c. **Quod** precedente uersu per flumen, hic per gurgites **Dei** (omnia enim **Dei** sunt) intelligit

FRANC. LAMB. IN IONAM

telligit. **H**i transferunt super Ionam, dum super ceto, in cuius uentre erat, eleuantur. **E**t ego dixi, antequam scirem, quod me exaudisti, & dum uidi me in tot malis & periculis esse. **A**biectus sum, à conspectu oculorum tuorum, id est, uideris mei oblitus, dū in tot malis me deseris. **Q**uia si enim respicit, dum iuuat: & non respicit, dum in flagellis dimittere uidetur. **V**erum tamen si ita locutus est uir iste **D**eus, præ animi angustia, & malorum terrore, tamen **D**eus **O**pt. **M**ax. etiam in tribulatione, semper est cum electis suis. **H**inc psal. 50. **D**e iusto ait. **C**um ipso sum in tribulatione. **E**t de Ioseph sancto dicitur. **S**ap. 10. **H**æc (uera sapientia) uenditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, descenditq; cum illo in foueam, & in uinculis non dereliquit eum, donec adferret illi sceptrū regni (**A**Egypti) & potentia aduersus eos, qui eum deprimebant.

Dixit ergo inter tam graues pressuras, se abiectum à facie **D**eus. **S**ed iuxta multitudinem dolorum cordis eius, consolationes **D**eus letificauerunt eum. **S**piritu namq; suo illustrauit eum **D**ominus, quo etiam tum nouit se exaudium, unde & in multa diuinæ bonitatis fiducia ait: **Q**uanti libet nunc abiectus uidear à te, confido ueruntamen, quod rursus uisurus sim templum sanctum tuum. **C**olebat **D**eum spiritu, & uerum eius templum erat, non minus quam fideles, qui **C**H**R**I**S**T**I** aduentum sequuti sunt, sed de templo **H**ierosolymæ, præter quod

quod nullum unquam instituit **Deus**, loquebatur.

Replicauit iterum sermonem præscriptum, uarijs locutionibus mala sua describens, ut in signo eius liberationis factum, magis in **Dei** gloriam palam fieret; atq;: **C**ircumdederunt me aque, usque ad animam, potentes scilicet occidere me, nisi me seruaret **Dominus**. **A**bysus operuit &c. **A**perti sunt hiloci: **T**erræ uectes concluderunt me in æternum, hoc est, Sic undique conclusus sum & mari & terra, ut nisi ipse feceris, nullus possit me liberum facere in æternum. **N**am secundum hominum iudicium, inpossibilis est liberatio mea. **E**t ideo tu qui solus id potes, subleuabis uitam meam, de corruptione **S**ensus est: **S**erua bis me uiuentem, & præseruabis corpus meum, ne malis presentibus deficiat & corrumpatur. **T**u namq; es, in quem solum spero & fiduciam habeo.

Denique, plenius quid inter tam aspera fecerit ostendit, dicens: **C**um angustiaretur in me, id est, cum ego angustiarer, **D**omini, tui scilicet, qui uniuersorum **D**ominus es, recordatus sum, sciens te bonum, iustum, piuum, & in te solum sperans. **R**ecordatus quoq; sum tui, te deprecans pro auxilio tuo, & liberatione mea, confidens quod propter bonitatem tuam non despicies me, sed perueniet ad te, placebitq; tibi deprecatio mea, & ueniet ad templum sanctum tuum. Sciebat absque dubio quod præsentem fidem, bona sit ubique oratio, uerum quia **D**eus externum cultum maiestatis suæ, in templo **I**erosolymæ posuerat, nolēbatq; alibi

FRANC. LAMB. IN IONAM

ba:que alibi sibi uictimas ab Israëlitis offerri, optabatq;
uir sanctus in id templum uenire, ut redderet coram
omnibus gloriã domino, pro sua liberatione, ideo adiecit:
Vt ueniat oratio mea, ad templum sanctum tuum. Qu. di.
Id desiderauit & petij à te, ut in templo sancto tuo, possim
te deprecari. **Igitur sic orans Dominum,** & certior factus
de proxima liberatione sua, sic spiritu à Deo confortatus
est, ut in profundis & horrendis tenebris resipiscendo
prophetaret. **Qui custoduit,** inquit, uanitates seu men=
dacia, qui scilicet, in eis permanent, frustra, id est, in suam
perniciem, misericordiam suam, hoc est, sibi resipiscenti=
bus paratam, derelinquunt. **Qu. di. Ego miser peccaui,** &
uanitatem ac mendacium admisi, dum iussioni confestim
minime paruï, & putauï me posse fugere à facie tua, ut
non implerem, quod mihi præceperas. Sed mendax, uana,
& fallax extitit, eiusmodi cogitatio, quod à tuo spiritu,
non esset profecta. **Nam** quidquid non est ab eo, nihil aliud
quàm uanitas est. **Ac nunc inlustrasti me domine Deus,** ut
resipiscam, ne custodiam & seruem eiusmodi pernicio=
sissimam ac uanissimam cogitationem, quod omnes qui id
genus mendacia custodiunt, misericordia quam illis uis ex
hibere, se indignos reddant. **Eo** siquidem ipsam miseri
cordiam calcant, quo mendacia illis opposita seruant. **Re**
sipiscam ergo, à uanitate quam cogitaueram, & in uoce
laudis, hoc est, gratiarum actione, ac prædicatione gloriæ
tuæ, immolabo tibi, sciens resipiscentiã & confessionem
ueritatis,

COMMENTAR. CAPVT II. 121

ueritatis esse uictimam tibi omnium gratissimam. Et quæ
cunq; uoui, reddam pro salute mea Domino. Vouerat in=
dubie, se professurum peccatum suum, & Dei magnalia,
quæ in seipso expertus fuerat, & forsan idem facturum se
publice apud Hierosolymam, cum solēnibus hostijs, iuxta
morem Iudeorum. Id autem non dubitarim fuisse primum
quod uouit, nempe, quòd mox adquiesceret omni Dei ius=
sioni De uotis nonnihil egimus in fine capitis præcedētis.

P A R S T E R T I A.

Et dixit Dominus pis=
ci, & euomuit
Ionam in
aridā.

Quia omnia habet in manu sua, dixitq; et facta sunt,
Psal. 148. præcepit ceto, & glutuit Ionam, in ter=
tium usq; diem incolumem seruandum. Tertio autē
die ueniente, iussit iterum Dominus pisci, & euomuit il=
lum in aridam. Porrò hæc iussio, nihil aliud quàm motio fu=
it. Quasi enim iussit, dum mouit. Mouit illum, ut mox glu=
tinet Prophetam: & seruauit, ne ei noceret: mouitq; illum
denuo, & euomuit quem glutierat, in aridam. O uere me=
morabile factum, quo abunde palam fit, & Dei potentia,
& quanta de seruis suis illi cura sit.

Q Caput

FRANC. LAMB. IN IONAM

CAPVT TERTIVM.

*Summarium capitis: Primum accepit Ionas denuo iussione[m] à **D O M I N O**, ut proficisceretur, & prophetaret apud **Niniuitas**. Secundo, scribitur prædicatio eius. Tertio, ponitur **Niuiutarum** resipiscencia. Quarto, ostenditur, quòd fuerint misericordiam consecuti.*

P A R S P R I M A.

ET factum est uerbum Domini ad Ionam secundo, dicens: Surge, & uade in **Niniue** ciuitatem magnã, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abiit in **Niniuen**, iuxta uerbum Domini. Et **Niniue** erat ciuitas magna, itinere dierum trium.

Ionas terre ex mari redditus, & quasi ex mortuis suscitatus, et in mundum rediens, perplexus forsitan erat, an mox cum oporteret ad **Niniuitas** proficisci, sicut à principio illi **Deus** imperauerat. Proinde, secundo illi iussit, sicut

lit, sicut ab initio, dicens: **Surge, & uade** &c. **Qui** non ut antè, iubenti contradixit, sed confestim abiit, iuxta uerbum Dei præcipientis, in **Niuen**, quæ trium dierum fuisse dicitur, quod de circuitu quidam intelligunt. **Quidam** uero aliud putant, nempe, quòd tribus diebus poterant circumiri omnes uici eius à **Iona** propheta. **Sed** parum refert, hoc an aliud adferas, tamen si posterius magis arridet, eo quòd **Ionas** tribus diebus ciuitatis uicos circumierit.

Hic non frustra à nonnullis queritur, an flagella Dei quibus **ionam** adflixit, in causa fuerint, quòd de nouo minime obstitit **Deo** præcipienti. **Etenim** si hoc adfirmas, quid spiritui **Dei** tribues? **Si** uero id tribuis soli spiritui, ad quid flagella conducunt? **Quandoquidem** nihil frustra operatur **Deus**. **Dicimus**, quòd flagella opus externum non nihil retinent, cor autem minime, imò neque manum retinere possunt, nisi quatenus uis carnis à **Deo** frenatur. **Verum** non proinde flagella à **Deo** frustra mittuntur. **Nimirum** punitiones illius iustissimæ sunt, & conducunt ad **Dei** æquitatem, ac potentiam, nostramque duriciem agnoscendam. **At** solus **Dei** spiritus, errantium mentes ad **Deum** reuocat, & in fide eius confirmat. **Idcirco** concludimus, quòd non uis flagellorum, sed spiritus sancti, **ionas** resipuit, & **Dei** præcepto ceruicem propriam inclinauit.

PARS SECVNDA.

Q 2 **Et cæpit**

FRANC. LAMB. IN IONAM

Et cœpit Ionas introire in ciuitatem,
itinere diei unius, & clamauit,
& dixit: Adhuc qua
draginta dies,
& Niniue
subuertetur.

Preuidebat Ionas, **DEVM** populi Niniue misertu-
rum, si resipiscerent: uerum neutiquam licuit ei, id
exprimere. Diuinis siquidem uerbis nihil est adden-
dum. Postquam ergo accepit denuo mandatum, ambu-
lauit uno die per ciuitatem, clamans, & dicens: Adhuc
quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Iudicium fu-
it **DOMINI**, ut huius uerbi terrore adfligerentur.
Volebat quoque illis Deus spiritum suum infundere, quo
& ueritatem agnoscerent, & humiliarentur, confunde-
rentur; per id impij ex Israël, qui Niniuitis ad unius diei
ei prædicationem conuersis, multis & summis Dei Pro-
phetis, apud eos continuis, non acquieuerunt, quin potius
eos persecuti sunt, male tractarunt, ac plurimos eor-
um occiderunt.

Quid in hoc uerbum, Adhuc quadraginta & c. pu-
tant, imò adseuerant, esse Dei sententiam, distinguens
sententiam à consilio, docentes illam mutari, istud uero
minime. Deus, inquit, & si plerumq; mutat sententi-
am, consilium nunquam. Miror certe, quid cause illis fue-
rit,

rit, ut **D**e*i* consilium ab eius sententia diuiserint, cum idem omnino sint. **N**imirum, quemadmodum immutabilis est **D**e*i* sententia, ita & consilium eius. **S**ynonyma quidem sunt hæc: decretum, sententia, cōsiliū, & propositum.

DE **A**ltissimi.

Non est ergo dictus sermo **D**e*i* sententia, sed nuda cōminatio, in qua semper conditio intelligitur. **A**bsit enim ut consentiam his qui dicunt, tam in promissionibus, quam in sententijs **D**e*i*, conditionem intelligi. **A**bsoluta enim sunt: non conditionalia. Secus autem est de comminationibus, in quibus semper conditio est clausa. **N**am quod ad promissiones **D**e*i* spectat, querimus, an possint alicunde irritæ fieri? **S**i dicitis: **P**ossunt: querimus iterū: **P**er quid? **C**erte, non factis hominū, aut **A**ngelorum studio. **V**nde ergo? **E**t enim à **D**e*o* minime fit. **Q**uid enim promissio aut decretum **D**e*i*, nisi sermones eius, quos uult impleri? **I**dcirco æterni dicuntur, & illos non adimpleri impossibile est. **E**rgo in **D**e*i* promissionibus ac decretis, conditio minime clauditur. **S**i obijcis: **M**ulta legimus **D**eum **I**sraëlitis promississe, quibus adiecit conditionem, dicens: **S**i feceritis, **S**i audieritis, & id genus multa: **D**icimus, id genus sermones, non esse simplices promissiones, sed conditionales. **A**t nos de istis non scribimus, sed de illis tantum, quibus non est adposita conditio, & de quibus non potest quisquam tuto definire, conditionem fore supplendam.

Denique huic loco, quem tractamus, non est apposita

Q 3 conditio,

FRANC. LAMB. IN IONAM

conditio, sed necessario intelligitur, ex circumstantia textus. Quia enim Niniuitarum resipiscentium miserius fuit, liquet in uerbo prescripto conditionem fuisse inclusam, & quod non sententia, sed comminatio fuerit. Alioquin, non pro comminatione, sed pro decreto Domini enarrandum foret. Cogit autem ipsa rei gestae ueritas, ut non decretum, sed comminationem esse adfirmemus. Verum non licuit Ionæ predicanti, hanc conditionem Niniuitis reserare, nec quicquam uerbo, quod acceperat simpliciter annunciantium, contra Dei legem adiungere.

P A R S T E R T I A.

Et crediderunt uiri Niniuita Domino. Et predicauerunt ieiunium, et uestiti sunt saccis, a maiore usque ad minorem. Et peruenit uerbum ad regem Niniue, & surrexit de solio suo, & abiicit uestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & clamauit, & dixit in Niniue, ex ore Regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora, non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, & iumenta clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur uir a uia sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus
eorum

eorum. Quis scit, si conuertatur & ignoscat
Deus, & reuertatur a furore iræ
suae, & non peribimus?

Mira, & prompta admodum, fuit Niniuitarum cō
uersio, ut primo die quo Dei comminatio fuit præ
dicata, Domino crediderint, nec de Propheta ser
monibus dubitarint. **O**bserua autem textus ordinem. Pri
mum, crediderunt: demum, prædicauerunt ieiunium, &
saccis uestiti sunt. **O**mnium quippe fundamētum est fides.
Ipsa enim est radix, et principium omnium bonorum, quæ
in nobis operatur **D**eus. **F**ixa ergo in Niniuitarū animis,
preciosiss. fidei radice, impossibile est, non sequi bonos fru
ctus. i. opera uere bona, quæ sunt ex fide: nam uera fides
semper est operosa. **C**rediderunt ergo illi **D**omino, &
ideo respucrūt, quod facere alioqui minime potuissent. **E**t
mox peruenit Dei sermo ad regem, cui & credidit, ac con
festim surrexit de solio suo, & abiecit uestimentum suum
à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, prædicauitq;
ieiunium. **V**ides & in hoc Rege, fidei efficaciam, qui &
Dei bonitatem annunciare cœpit, dicens: **Q**uis scit, si cō
uertatur &c. **Q**uasi di. **F**orsan non est hoc Dei uerbum,
sententia definitiua, sed comminatio, ideo si respuerimus,
facile eius misericordiam consequemur.

Obserua q; credentibus prædicauit ieiunium, et opera
bona, in fiducia diuine bonitatis. **Q**uinam multi, qui ad
Q 4. uei bi mi=

FRANC. LAMB. IN IONAM

uerbi ministerium adsumpti sunt, idem facerent, hoc est, si
mul cum fide, opera uere bona inculcarent. Siquidem non
nulli sic fidei sermonem docent, ut operum seu fructuū e-
ius obliuisci uideantur. Nunquā enim absq; fructibus suis
est ipsa fides. Alij autē sic opera magnificant, ut fidei haud
quaquam memorentur: quasi omne opus quod non fit ex fi-
de, peccatum minime sit. Ro. 14. Quicquid non fit ex fide,
peccatum est. Vtrinq; uero est error. Proinde, neq; fides
absq; operum uere bonorum fructib; neq; ipsa opera, abs-
que fide sunt prædicanda. Ceterū hic de Niniuitarū con-
uersione locus, à liberi arbitrij ac meritōrū adsertoribus,
pro suæ impietatis probatione adsumitur, sed uere contra
naturam textus. Indubie enim hi soli ex Niniuitis Deo pla-
cuerunt, qui in suorum operū diffidentia, in solius autē Do-
mini fiducia, conuersi sunt, & ieiunarunt: alioqui non cō-
uersi, sed auersi fuissent. Tribuissent namq; aliquid propri-
is uiribus, quod est conuerti ad se, non ad Dominum: imō
auersio est à Domino. At de his plene tractauimus, libello,
De arbitrio hominis uere captiuo, quod sub quartū Osee
caput scripsimus.

Summa: Benefecerunt Niniuite ieiunantes, cilic ijs &
saccis utentes: uerum, si hæc non fecissent ex fide, abomina-
tiones fuissent coram Domino. Placuerunt ergo Domino,
hæc opera, non propter se, sed propter fidem. Nunc dicitur
Hier. 5. Oculi tui Domine respiciunt fidē. Vnde & subdit:

P A R S Q V A R T A.

Et ui-

Et uidit **D E V** s opera eorum,
quia conuersi sunt de uia sua
mala. **E**t misertus est deus
super malitiam, quam
locutus fuerat, ut face
ret eis, & non
fecit.

Locis compluribus diximus, quod in arcanis literis,
Deus aliquid uidere & audire dicitur, cum sibi pla
cet aut displicet, idque facto ostendit. **H**inc de **N**ini
uitis hic habetur, quod eorum opera **D**eus uiderit. **C**on
uersi enim erant, a uia sua mala, quod illi placuit, & facto
ostendit. **N**imirum misertus est eorum, super malicia,
id est, indignatione, quam aduersum eos **P**ropheta mini
sterio fuerat locutus. **M**itigauit namque iram suam, &
non fecit, quod fuerat comminatus: **A**liter hic est huius
loci sensus, & idem facilior. **M**ox uti **D**eus uidit eos con
uersos, nō adimpleuit quod illis fuerat cōminatus. **Q**uod
sic intelligere neceffe est, ut **D**eum mutatum nullatenus
putes. **A**b eterno siquidem, omnia prædefinita erant,
nempe & quod illis comminaretur, & quod ipsi sui spi
ritus inlustratione conuerterentur.

C A P V T Q U A R T V M.

Q 5 SUMMA

FRANC. LAMB. IN IONAM

Summa Capitis, **P**rimum, de magna **P**ropheta adflictione, eo quod non fuerit impletus sermo eius. **S**ecundo, quod **D**eus illum proinde increpauit. **T**ertio, de hedera, ac Iona gaudio & adflictione, propter eam cito natam & cito arefactam.

Quarto, qua ratione **D**eus illum pro
effrenata iracundia re
darguerit.

PARS PRIMA.

Et adflictus est Iona adflictione magna, & iratus est, & orauit ad **D**ominum, & dixit: **O**bsecro **D**omine, nunquid non hoc est, uerbum meum, cum adhuc essem in terra mea? **P**ropter hoc preoccupaui, ut fugerem in **T**arsis. **S**cio enim, quia tu **D**eus clemens & misericors es, patiens, & multae miserationis, & ignoscens super malitia.

Apertus

Apertus est hic textus, & Iona impatentiam mani-
festissime carpit. Cum namque uidit, quod post
dies quadraginta Niniue à Deo non subuertere-
tur, exarsit in iram, nimiumq; proinde adflētus fuit.
Quis obsecro poterit certis ostendere argumentis, quod
innocenter & adflētus & iratus fuerit? Profecto quid
quid orarit Deum, male & impie irascebatur, ut palam
est in sequentibus. Oportuerat quippe magis eum ora-
re, & cum Paulo fieri anathema, ut illi salui fierent. Sed
nihil minus fecit, quin potius doluit, eos misericordiam
consecutos, timens forsā, ne proinde salus Propheta dice-
retur, sicut à principio diximus.

Ionas ergo, Niniuitis misericordiam consecutus, adflē-
tus & iratus uehementer, orauit dicens: **O**bsecro Do-
mine &c. **Q**uod. **N**on dubitabam eos, si respicerent,
misericordiam consecuturos, ideo nolui à principio ad
illos proficisci, cum me misisti. Hic sermo non tam oratio,
quàm peccati sui excusatio fuit, unde et peccauit, sed id
Deus illi minime imputauit, quod tandem absque dubio
uere respuerit. **Q**uod uel multo maxime ex hoc conijci-
mus, quod tam sublimiter **D**i bonitatem professus fuit,
dicens: Scio enim quia tu **D**eus es, clemens, pius, & abs-
que crudelitate, misericors, id est, bonus & iuuans, pati-
ens, ad poenitentiam expectans, & multae miserationis,
hoc est, ardentissimi adfectus adiuuandum, eos qui ad te
conuertuntur, & ignoscens super malicia, omne pecca-
tum mox

FRANC. LAMB. IN IONAM

tum mox remittēs, his qui uere respiscunt. **H**actenus se excusauit, quid autem orauerit, subiungit:

Et nunc Domine tolle quęso animam
meam a me, quia melior
est mihi mors quę
uita.

Eo usque progressa fuit Prophetę tristitia et iracundia, ut mori cuperet. Puto autem hanc eius orationem, non nisi in peccato fuisse, quod minus dilectionis in proximos haberet, quā oportebat. Excusabat enim peccatum, et simul orabat. Peccati autem excusatio, nonne peccatum est? Quomodo ergo potuit sincera esse, oratio eius? **V**eruntamen, hanc serui sui iniquitatem, non respexit Deus, sed eam propter semetipsum deleuit. **S**atius illi fuisset, ac laudabilius sanctiusque egiisset, si fieri anathema, atque etiam mori desiderasset, ut Niniuitę salui fierent, quā ipsis misericordiam consecutis, idē cupere, ne pro pseudo propheta haberetur. Ergo tū nō fuisset sibi melior mors, quā uita, quemadmodum orans dixit, quin potius fuisset pessima, eo quod non bene irascebatur, et neceßarię proximorum dilectionis oblitus erat.

Obserua Dei bonitatem ineffabilem, in Propheta nimium aberrante, et contra fas irato. **C**ontradixit ille factori suo, uoluitque sapere plusquam oportuit, nec sapuit ad sobrietatem. **N**on satis dilexit proximos, et minus sensit de Domino, illumque minus dilexit quā debuit.

debit. **N**imia & effrenata ira sic excanduit, ut odiret uitam suam, ac mori cuperet, eo quod **N**inuitæ non disperdebantur, pro quorum salute magis uelle mori deberat, ac sicut bonus pastor, animam suam pro eis ponere. Sed non potuit fieri, ut periret electus **D**ei, ideo non occidit eum cum uoluit mori, sed in uita seruauit, ut uiuens resipisceret, in suam æternam salutem.

P A R S S E C V N D A.

Et dixit Dominus .

Puta sine, bene
irascetis
tu?

Non reprehendit illum **D**eus, sine causa, et iniuste, sed quia uere peccauerat, quod maxime ex uerbis **D**omini colligimus. **P**uta sine, inquit, bene irascetis tu? **Q**uædi. **N**on: Ergo male irascebatur. **B**ene irascitur, qui id facit, ex fide & secundum uerbum **D**ei, ut dum quis irascitur, dum calcatur ueritas, regnatq; mendacium & impietas. **M**ale autem irascitur, qui diuerso modo id facit. **S**ic male irascitur, tota filij perditionis **S**ynagoga, contra ueritatem **E**uangelicam, & ministros eius. **S**i **N**inuitæ non resipuissent, & non credidissent **D**omino, ad uerbum **I**onæ, ipse **I**onas bene iratus fuisset. **Q**uia autem,

FRANC. LAMB. IN IONAM

Autem, non irascebatur, nisi quia fuerant Dei misericordiam consecuti, quam illis à Deo omni solitudine precari debuerat, profecto male iratus fuit. At quisquis male irascitur, peccat: qui autem bene irascitur, rem Deo acceptissimam facit. Hinc Psal. 4. precipitur irascimini, & nolite peccare. Sic bene iratus fuit Dominus, cum factò è suniculis flagello, è templo pepulit, uendentes & ementes. Male autem irascebantur iudei, in Christum, Stephanum, Apostolos, & alios sanctos.

P A R S T E R T I A.

Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis, et fecit sibi ipsi umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec uideret quid ad cideret ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eum. Laborauerat enim. Et lætatus est Ionas super hederam, læticia magna. Et parauit Deus uermem, ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit. Et cum ortus fuisset Sol, præcepit Deus uento calido & urenti, & percussit Sol super caput Ionæ, & æstuabat. Et petiuit

anime

anime sue, ut moreretur. Et dixit: Melius est mihi mori quam uiuere.

Adferunt nonnulli, Ionam à ciuitate egressum, & sedisse contra orientem ciuitatis in umbraculo, ut uideret quid adideret ciuitati, priusquam, sicut à capitis initio uidimus, adfligeretur & irasceretur, quod & ego puto. Mox autem ut uidit, quod post dies quadraginta Ninue subuersa minime fuit, adfligebatur & irascebatur uehementer. Tum Dominus increpauit eum, dicens: Putasne, bene irasceris tu? Et non legitur Domino respondisse.

Ceterum cum opiretur quod adideret ciuitati, dominus præparauerat illi hedera, simul et protegens seruum suum, & decernens ex illius arefactione, futura, Prophetæ arguere impudentiam. In præparatione hedera, egit optimi patris & prouisoris officium, uere rem maximam, & tanto prouisore dignam. Vide quanta sit illi cura de seruis eius. Si cupis nosse quid hedera sit: Vide Plinium naturalis historiae libro .16. capite .34. Quidam putant cucurbitam esse, sed nihil minus est.

Porro Ionas uisa hedera, letatus est, letitia magna. Facilis admodum fuit huius Prophetæ natura. Mox tristis admodum: mox contra, letus uehementer. Sed Deus Opti. Maxi. non clausit suæ misericordiae uiscera, in electum suum, quantumlibet uarium, & mutatum in horas.

Magnus

FRANC. LAMB. IN IONAM.

Magnus, & bonus es domine **D**eus, qui fragilibus & miseris non dedignaris uti, etiam in sacrosancto uerbi tui misterio, quemadmodum in Iona est uidere, & ego peccator in meipso experior.

Misit denique uermem, et percussit hederam, unde et exaruit: Simul quoque, sole seruente, iussit **D**eus uento urenti & calido, quo factum fuit ut Ionas aestuaret. Et qui prius nimium ad hederæ pulchritudinē letabatur, ea arefacta, in tam grauem deiectus fuit tristitiam, ut mori optaret & peteret.

In eo quod legis, **D**ominum præparasse hederam, præparasse uermem, præcepisse uento urenti, argumentum habes, quod omnia ipse operetur. Ad id nanque probandum, eiusmodi locutiones sunt efficacissimæ.

P A R S O V A R T A.

Et dixit **D**ominus ad **I**onam: Putasne, bene irasceris tu super hederam? **E**t dixit. Bene irascor ego, usque ad mortem. **E**t dixit **D**ominus: Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret, quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte perijt; & ego non parcam **N**iniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum uiginti milia hominum, qui
nesciunt

nesciunt, quid sit inter dexteram & sinistram
suam, & iumenta multa.

Semper magis confirmor, ut adferam idem quod ante, nempe Ionam uehementer peccasse. Et id quidem eo confidentius facio, quo & magis congruit textus simplicitati, & magis est in gloriam Dei. Infirmos namq; & iniustos eligit, ut in eis magis glorificetur nomen suū. Et de hoc Propheta habes, quod eius iniustitia, Dei iustitiam admodum commendauit, quando eius misertus est.

Quidam uolunt Ionam minime iratum super hederam, sed super Israël, cuius typum arefactio hederæ gerebat. Sed eorum pace salua, non ita est, nam huic enarrationi aperte textus contradicit: Putasne, inquit, bene irasceris super hederam? Non dixit, super Israël. Cui ille sine prudentia & modestia spiritus, increpanti contradicens, respondit: Bene irascor ego super hederam, usq; ad mortem. Certe male irascebatur, quantum spectat ad iudicium **DOMINI**, proprio autem, fallaci, & mendacis iudicio, minime.

Et dixit Dominus: Tu doles &c. Sensus est: Si tu doles, ob hederæ arefactionem, & id noles de ipsa me fecisse, uide quam imprudens, quamq; cæcus sis, qui nolles me parcere Niniue ciuitati populosissimæ, in qua sunt plus quam centum uiginti millia, qui nesciunt, quid sit inter dexteram & sinistram suam, id est, pueri insontes, nihil iudicij habent

Rtes, &

FRANC. LAMB. IN IONAM

tes, & iumenta plurima, quæ omnibus hederis & arboribus præstant. Ego illorum uolo misereri, eo quòd respicerint. Et tu respisce, quòd tam uehementer, et multis modis aberraris, neq; illos, sicut oportuit, dilexeris, alioqui, saluus esse non poteris. Indubie enim hæc fecit Deus, ut ipse Ionas ageret pœnitentiã, ne periret, quod non dubitamus cum fecisse, deo optimo maximo animum eius inlustrante, cui sit gloria, decus, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

Franc.



FRANCI-

SCI LAMBERTI AVENIO
NENSIS, IN IONAE
 historiam, Allegorie, in pro-
 pria capita distincte.

An toti Iona historie congruat Allegoria.

C A P V T I.

Nutli, et casto,
 mo et pernitio
 io labore nonnul
 ti fatigatur, quo
 ungulas historie
 one particulas,
 transferat in al=
 legorias. Non e=
 nim typum Do=
 mini gesu in o=
 mnibus, quinpo
 tius in multis di

uersa penitus ab eo Christus fecit. Nimirum Iona, Dei
 imperio mox adquiescere noluit, Christus autem humili=
 R. z auit semet=

FRANC. LAMB. IN IONAM

auit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Philip. 2. **I**onas timuit, & quantum potuit, uitauit, ne resipiscitib. Niniuitis, & per id post dies quadraginta, Deo miserante ne utiquam euersis, pro pseudo-
propheta haberetur, **C**hristus uero uoluit pro nobis tradere in mortem animam suam, & inter sceleratos haberi. **I**onas erat facillimus, uel ad immoderatum gaudium, uel ad effrenatam tristitiam, **C**hristus nunquam uisus est ridere, flere autem sic, uerum non nisi in sapientia & spiritus iudicio. **I**onas & facile & male irascebatur, **C**hristi ira sancta, & semper ueneranda fuit: **I**onam **D**eus reprehendit apertissime, **C**hristum autem minime: quin potius de eo summus ipse pater aliquoties dixit: **H**ic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite. **M**at. 3. **M**ar. 1. & **L**uc. 3. **I**onas sedit sub hedera ante Niniue, cupiens uidere excidium urbis, contra, **D**ominus praeuidens ante **H**ierosolymam ciuitatis euersiōem, fleuit super eam. **L**uc. 19. **I**onam afflixit & percussit **D**eus, uoluitq; eum proijci in mare, ac uorari à ceto, at **C**hristus non propter se, sed propter nostras iniquitates uulneratus est. **D**isciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. **E**sa. 53. **V**nde & de ipso **P**ater ait: **P**ropter scelus populi mei percussi eum. 53. **P**ropter **I**onam missa & orta est tempestas in mare, ita ut omnes qui erant in mari periclitarentur, propter **C**hristum uero orta est nobis ueritatis lux, gratia **D**eī, iustitia, & abundantia pacis. **I**oan. 1. & **P**salmo

Mo. 7. Ionas fuit sorte deprehensus in culpa, **Christus** peccatum non fecit, nec inuictus fuit dolus in ore eius. **1. Pet. 2.** Vide ergo quàm uerum sit, quòd Ionas non possit esse in omnibus figura **Christi**: ueruntamē id certissimum, quòd illius in multis fuerit typus, sicut in sequentibus **Deo** proptio palàm fiet.

De nomine **Prophetae**, & quòd **Christus**
sit uerus **Ionas**.

CAPUT II.

Igitur, primum **Ionas** ex suo nomine, **Christi** figura extitit. **Ionas** enim, columbus uel columba interpretatur. Diximus autem et probauimus in **Solomonis Canticis**, cap. 6. **Ecclesiam** spōsam **Christi**, columbam dici, eo quòd spiritu sancto, qui per columbam significatur, plena sit. Quia autem hæc eius plenitudo, non nisi à **Christo** procedit, nimirum de eius plenitudine omnes accipimus. **Ioan. 1.** ipse etiam **Christus**, spiritu columbino plenissimus, colūbe appellatione significatur. A **Christo** igitur columbo, habet **Ecclesia**, quòd sit columba, sicut et ab eo, iusto, sancto, uero, impolluto, herede patris, omniumq; **Domino**, habet ut ex fide in eum, sit iusta, sancta, uera, impolluta, hæres **Dei**, ac mundi **Domina**. Siquidem propter eam **Deus** mundum creauit. Et quemadmodum ab eo, quòd **Christus**, so-

R. 3. Ionas.

FRANC. LAMB. IN IONAM

Ionon, id est, pacificus dicitur. Cant. 3. ipsa Ecclesia Sulamis, uel Schulamis, id est, pacifica appellatur. Cant. 6. 7. ita & à Christo columbo, Ecclesia ipsa columba est, atque uocatur. Siquidem & sponsi, & sponsæ, omnia communia sunt. Est ergo Christus uerus Ionas, id est, columbus, simplex, optimus, & spiritu sancto plenissimus, sine quo nullus eiusdem spiritus particeps esse potest.

De eo, quod Ionas dicitur,
filius Amathi.

C A P V T III.

Amathi filius, Ionas fuit, quod maiorem in modum exprimit, & Patris summi, & Domini **IESV** Christi gloriam. Amathi enim, si interpretetur, ueritas est. Et Deus quid est, nisi ueritas? Et Christus seipsum ueritatem dicit. Ioan. 14. Ego sum, inquit, uia, & ueritas, & uita. Est autem Christus, filius ueritatis: ueritas, à ueritate: lumē, de lumine: Deus uerus, de Deo uero. Et quotquot in eum credunt, fiunt dei, lucis, & ueritatis filij, eius per illum participes. Ioan. 1. Verum non sunt ex se, ut Christus, ueritas, lux, aut Deus uerus, sed Christus ipse in eis est, lux, ueritas, uita, & omnia. Vnde et illorum conuersatio, his qui in tenebris ambulant, & mundo, debet esse lux, quod maxime spectat ad ministerium sermonum lucis, & ueritatis Dei, quibus ueri fideles in Ecclesia filios generant. Sic
Paulus

Paulus per Euangelium dicit se genuisse Corinthios. 1. Corinth. 4. Ipse tamen summus Pater est, qui id maxime per seruos suos efficit, nos uoluntarie, gratis, & absq; nostris meritis generās sermonibus ueritatis, ut simus inuicem ali quod creature eius. 1. aco. 1. Frustra enim prophetamus, nisi Deus ipsam prophetiam faciat efficacem. Summa: Christus est uerus filius Amathi, id est, ueritatis, & per eum, uerueri fideles, Amathi filij sunt.

De eo, quod Ionas nimium dilexit
populum Israël.

C A P V T III.

Tanto ardore Israël is gētem amauit Ionas, ut excederet in odio, gentium ceterarum. Hoc ille minus diligens proximos fecit, et aberrauit, sicut probauimus: tametsi non dubito, eum, nescio quid latentis fiducie habuisse in Dominum, propter quod non tam fuit coram eo abominabilis. Fide enim salui fiunt electi, etiam inter quaecumque errata & peccata. Nimirū, per id tantum beati sunt, quibus illis peccata minime imputentur ex ipsa fide, quemadmodum Psal. 31. habetur: Beati, quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputauit Dominus peccatum. Ionas ergo nimium dilexit Israël, & Gentes nimium odiuit. Proinde noluit treading ad Ninuias, timens, ne si resipiscerent, hoc esset in graui

R 4 us iudicium

FRANC. LAMB. IN IONAM

us iudicium **I**sraëlis. Durus admodum est hic actus, non congruens charitati. Aspera est figura, uerum id quod figurabatur, suauissimum est. Solum autem id, recipit allegoriam, quod **I**sraëlem dilexit, Gentes uero odiuit.

Quis populus **I**sraël, nisi electi, qui ad domum **I**sraël spectant, & sunt ueri **I**sraëlitæ, uerumq; semen **A**brahæ? **R**oman-nono. Gentes uero increduli sunt. Siquidem ille fidelium, isti uero incredulorum typum gerunt. Increduli sunt, qui non adquiescunt doctrinae pietatis, unde & impij uocantur. At Deo, & **D**omino **I**ESU **C**hristo sunt odio, tam impius, quam impietas eius. Fideles uero & electi hi sunt, quos **S**eruator ipse **O**ptimus, **M**aximus, tam dilexit, ut illos à peccatis eorum lauerit, in sanguine suo, **A**pocalyp. 1. **E**radens pro illis semetipsum hostiam **D**OMINO, in odorem suauitatis.

De eo quod **I**onas noluit pro pseudopropheta haberi, neq; Deum mendacem iudicari.

C A P V T V.

Diximus abunde, quid sit de eo sentiendum, quod **I**onas timuit haberi pro pseudopropheta, & Deum mendacem iudicari: proinde summam colligimus, cuius data est allegoria, nempe, quod ille ueritatem adamauit, & cupiuit gloriam **D**eï, tamen in ipsius ueritatis dilectione

ne

ne, ac desiderio gloriae Dei plurimum aberraret, eo quod non recte his adficerentur, et multum esset peccati admixtum. Qui error Allegoriae minime competit. Christus enim haec absq; similitudine, aliter et melius Iona dilexit, ac concupiuit. Sed quid mirum? Christus enim, maior est Iona. Is iustus, ille peccator: is Deus, ille homo: is redemptor peccatorum, is à proprijs peccatis per eum redemptus: Christus ergo uerus Ionas, et ipsa ueritas, ueritatem cum patre dilexit. Psal. 50. In nobis ueritatem querit, et odit mendacium. Summe autem odit, eos qui eum mendacij patronum faciūt. Cuiusmodi sunt, omnes qui spectant, ad Antichristi factionem, qui ad id nituntur, ut sermonibus aeternae ueritatis, perperam enarratis, sua mendacia et figmenta confirmet. Veh uobis Prophetae falsi, et hypocritae, qui inuertitis eloquiorum Dei, germanum sensum, et sic per haec, contra eorum naturam et sensum, tam uestra quam aliorum somnia adseritis. Veh uobis Antichristis, qui eum qui aeterna et incommutabilis ueritas est, facitis uestrarum abominationum patronum. Sed tandem ipse uos euertet, in sempiternū. Nam ueritas omnia uincit. 3. Ezra. 3. Crede mihi lector, haec est summa iniquitas, quae possit cogitari, quod impij Dei scripta allegant, contra eorum naturam, ut confirmet abominationes suas, et quasi ex Deo, faciunt mendacij summum patrem, quod solius diaboli est. Nam ipse est mendacij pater. Io. 8. Quae idcirco illi imitatur, quod ex ipso diabolo

R s. sint.

FRANC. LAMB. IN IONAM

sint. 10. 8. Deniq; ipse uerus **Ionas Dominus IESVS**
Christus, zelat quam maxime pro gloria patris summi.
Vnde & passim in euangelijs, eius bonitatem, gloriam, et
magnitudinem praedicat. **H**anc calcant pietatis hostes, hi
maxime, qui uerbo gloriae & ueritatis suae, ac magnitudi-
ne nominis eius, ad sua mendacia & inuenta abutuntur.
Hi sunt qui patrem simul cum filio blasphemant, quibus
& conuenit **Christi** sermo. 10. 6. **E**go honorifico patrem
meum, et uos inhonorastis me. **Q**uod enim **Pharisaei** olim
de sermonibus & persona **Domini IESV Christi**, hoc
nostri seculi **Pharisaei**, de ueritatis concionatoribus &
Prophetis dicunt, nempe quod ob **Dei** eloquia, quae pro-
nunciant, **Demonium** habent. **Q**uod autem fit contra mi-
nistros sermonum **Christi**, ac fideles seruos eius, eo quod
serui eius sint, haud secus habet ipse **Christus**, atque si
ibi fieret. **Matth. 25.**

Quam diuerso modo, propter **Ionam** &
Christum, oriatur aut cesset tempestas

C A P V T VI.

Ionae **Deo** non adquietis praesentia, turbauit mare,
contra nauem, absentia autem tranquillum fecit. **A**t **Do-**
mini IESV Christi praesentia, pacem reddit, quae eo ab-
sente nullibi est: **Q**uidam hic dicunt, quod propter **Chri-**
stum etiam,

stum etiam orta fuerit in mūdo tempestas, eo quod homo per id ceciderit, quod Dei sapientiam, quæ ipsi Christo attribuitur, concupiuit. Sed nō ita est, nisi per occasionē, & improprie dicitur, propter eum exorta fuisse tempestas. Caro namq; in causa fuit huius tempestatis, quod Domino minime adqueuerit, sed magis serpenti cōsenserit. Tempestatem intellige, quod omnes eramus natura filij iræ. Quæ tum quieuit & tranquillitas redijt, dum pro nobis carnem adsumpsit unigenitus Dei. Redit autem cui libet fidei ex fide, & omnibus redijt à principio, mox ut in eum crediderunt, etiam antequam ueniret in carnem. Ergo uniuersis quibus non adest ex fide Christus, non nisi intranquillitas, & Dei ira esse potest. His autem, quibus adest, etiam inter gladios, ignes, & quæcunq; mala, pax est, omnem sensum exuperans. Quæ idcirco omnem sensum exuperare dicitur, quod inter grauiora mala, pacem esse, homo capere non possit.

De eo quod Ionas fuit missus in mare,
& glutitus à Ceto.

C A P V T VII.

Testimonio ipsiusmet Domini Seruatoris I E S V Christi, Matth. 12. & Lu. 11. sue mortis, sepulture, & resurrectionis figura, præcessit in Iona. Sicut ait, fuit Ionas in uentre

FRANC. LAMB. IN IONAM

in uentre ceti, tribus diebus & tribus noctibus, ita erit
filius hominis in corde terræ. Et quemadmodum, non fuit
in mari, neq; in naui tranquillitas, nisi prius Iona, in
mare proiecto, & glutito à pisce, ita quæ in celo & quæ
in terra sunt, minime pacata fuerunt, donec filius Dei car-
nem adsumpsit, & mortuus fuit. In celo enim, quasi erat
intranquillitas, dum nemo in Dei gloriã intrare ualebat,
& Deus homini iratus erat. Cælum autem naui figura-
tur, nõ quo ad oia, sed tantũ quo ad id, quòd sicut in ea Iona
uidebatur, ita & in coelis filius Dei. Oportuit autem,
ut ipse Dei filius de celo, sicut Iona de naui in mare, hoc
est, in carnis amaritudines, famem, sitim, labores, sudo-
res, obprobria, flagella, mortemq; descenderet, ac uora-
retur à Ceto, hoc est, sepeliretur, maneretq; in sepulchro
tribus diebus ac noctibus, sicut Iona in uentre Ceti piscis
maximi, alioqui semper fuisset intranquillitas.

Et nemo in hunc usq; diem pacem ueram habet, præ-
ter eum, cui Dominus IESVS CHRISTVS, homo factus,
mortuus, & sepultus est, hoc est, qui ex fide omnium
Christi mysteriorum ac sanguinis eius particeps factus
est. Viderit ergo quisquis animo uiuit intranquillo, q;
nulla arte, nullòue remedio sit pacem adepturus, quàm ex
fide sincera in ipsum Dominum IESVM Christum.

Quòd nedum cælum, sed & Iudeorum synagoga
naui figuretur, & de his, qui Ionam in ma-
re proiecerunt.

Caput

Cælum diximus nauis figurari, uerum nunc alium sensum adferemus, ut lector pius eligat, sicut illum spiritus docuerit. **N**auis, domus **I**sraël est, in eam **C**hristus ascendit, & quasi nauum eius dedit, dum in ea factus est homo, & sua præsentia ac uerbo illos honorauit, atq; do nauit. **N**omen preciosum admodum nauum est, sermo æternæ ueritatis.

Ceterum, mox ut in ea nauis fuit, in his quos **D**eus ex cæcauerat orta fuit tempestas, et turbabatur nauis **S**ynagoga eorum. **O**mnia implebantur inuidia, zelo, murmuris, clamoribus, & id quidem semper. **A**d id spectat **H**erodis insania, pueros occidētis. **H**inc prodire malignitates **P**hariseorum, & **S**cribarum omnia tumultibus implentium. **E**t quemadmodum contra **I**onam maxime clamabat gubernator nauis, ita præ cunctis, **H**erodes, sacerdotum principes, legis doctores, **P**harisei, & summi ex populo, **C**hristum persequabantur. **T**am enim insanierunt, ut nõ cessarint, donec in mare crudelissime mortis, illum proiecerint.

Obserua quod sicut à libelli huius principio diximus, non possunt omnia cõuenire allegorie, ut hic uides. **N**am **I**onas in mare fuit proiectus à nautis, se præcipiente, & eum multo ac magno timore **D**omini: **I**udei uero per inuidiam, in mortis condemnationem **C**hristum tradiderunt.

Deniq;

FRANC. LAMB. IN IONAM

Deniq; Iona proiecto in mare, cessauit mare à nauì, Christi autem mors perditionis & reprobationis, Iudeorum causa fuit. Verum ipsa Christi mors, fuit causa salutis electorum etiam Israël.

Quòd impossibile sit, Christum ac uerbum eius uere suscipi, absq; maris, id est, mundi commotione.

C A P V T IX.

L Vcæ capite secundo. Simeon uenerabilis senex, dixit Christum positum esse in ruinam ac resurrectionem multorum, et in signum cui contra dicitur. Nimirum incredulus est in ruinam, fidelibus uero in resurrectionem, quòd scilicet Christi spiritu uiuificantur, qui ante peccatis ac mortifero carnis sensu, mortui erant. In signum autem contradictionis ponitur, coram his quibus est in ruinam. Idcirco enim illis in ruinam est, quod Christo, et his quæ ad eum spectant, contradicunt.

Et uere huius rei figura præcessit in Iona, ad cuius aduentum in nauim, facta fuit intranquillitas. Veritas autem, in Christo ipso uero Iona, & Apostolis impleta est. Mox enim ad eorum aduentum mundi spaciosum mare turbatum fuit. Et nos id ipsum nostro sæculo, apertissime cõspicimus. Ecce nimirum confestim, ut ueritas coepit palam fieri

lam fieri, gauisi suere qui ex Deo sunt, quasi in conuiuio opulentissimo. Contra, hi quibus sola quæ carnis sunt placent, turbati sunt corde, & uere uersi suere in insaniam, ueritatem Dei heresim atq; mendacia, ipsa autem mendacia & hereses, **DEI** ueritatem esse putantes, imò & adserentes.

Tres autem sunt, ex tam multis & uarijs hominum conditionibus, qui maxime in orbe Christiano, ob ueritatem denuo reuelatam tumultuantur, & tempestatem quasi in mari cõcitant. Primi et summi, Antichristi sunt, hoc est, uniuersi qui Papæ execrabili factioni sese addixerunt, ut sunt Episcopi eius, sacrificuli, monachi, sophistæ, canonicistæ, & id genus monstra. Qui ubi uident, nos illis prorsus diuersa sentire, & mirabili uerbi Dei potentia, reuelari & simul obprimi ac calcari, uniuersa figmenta eorũ, insaniunt, clamant, ululant & contra ueritatis adsertores, nihil omnino non tentant, eo quod timeant suis æarijs, culinis, uentribus, ac pompis, & quod non possint sicut haftenus, lasciuire, prædari, mactare, perdere.

Alij sunt, qui hos fouent, aut ab eis seducti, unde cum fideles persequuntur, arbitrantur se obsequium præstare Deo, & quidem adceptissimum, aut quorũ familiæ & amici, thesauris, quos Antichristi dispēsant, nempe beneficijs, usurarijs redditibus, et priuilegijs ditantur, aut qui usuris, pompis, fornicationibus, iniustis exactionibus, ac cæteris, quæ Dei uerbo interdiciuntur, sunt addicti. Eius
modi

FRANC. LAMB. IN IONAM

modi inquam homines, eterne ueritatis odio, sic tenentur, ut in omnibus angulis, quantum eis licet, tumultum suscitent, pacem dirimant, concordiam pellant, si quo modo tandem fiat, ut uel fastidio malorum, fiant quæ cogitant, & deficient populi à ueritate Dei altissimi, ad Anti christi uero mendacia conuertantur.

Postremi sunt, qui se quidem pro ueritatis amatoribus ubique uenditant, cui tamen neque uel in minimo fauent, nisi in hypocrisi & mendacio: hi radices habere uidentur, sed quàm nihil habeant, quod ad pietatem spectet, probat crux, quemadmodum beata uirgini Simeon dixit, loco prædicto. **U**t retegantur ex multis cordibus cogitationes. **Q**ui locus ungitur his quæ mox ante posita sunt: **E**t hic est Iesus. **A**d id quàm maxime Christus uenit in carnem, ut qui in eum minime crediderint, ruant, illi contradicentes, et in suum interitum letantes, cum sibi ab impijs reliquis contradicatur, atque ut qui in eum crediderunt, resurgant illi, toto corde hærentes, et pro eo quod sibi ab incredulis contradicatur, tu ipsa beata uirgo, doloris acutissimi terribili gladio penetraberis, quo & omnium fidelium corda tecum transfigentur. **P**orrò id quoque per hæc fiet, ut multorum cogitationes palàm fiant, utrius ex Deo sint. **N**imirum hi qui præsentem Christo ac uerbo eius ruunt, & illi contradicunt, aut ob ipsum contradictionem, à pietate deficiunt, in eâ ue letantur, ostendunt ipso facto, quòd eorum cogitationes, impie & reprobæ sint.

sint: qui uero oppositum faciunt, ex eo notum fit, quod sancta & fideles sint cogitationes eorum. **C**ontradictio ergo, siue crux, probat, utrum quis ex Deo sit, & an quis ex animo adhaereat ueritati. **A**t plenius de his suo loco, apud ipsum **L**ucam tractauimus.

Igitur multi mendaces & ficti, ad tempus credunt, sed in tempore tentationis, contradictionis & crucis, retro abeunt, & apostatant. **S**ed proinde à nobis abeunt, quod ex nobis nūquam uere fuerint. **N**am si essent ex nobis, permanerent utique nobiscum. 1. Ioan. 2.

De his, qui ex Christo ac sermonibus eius, non querunt, nisi libertatem in carnis occasionem, maxime de uerbi ministris, promptissimis ad apostatandum.

C A P V T X.

EX ultimis, hi sunt pestes omnium nocentissimae, qui omnem Christi doctrinam, ad carnis transferunt libertatem, neq; ob aliud fingunt se uelle fieri **E**uangelicos, quàm q̄ liberi esse uolunt, ut magis lascuiant, rapiāt quod alienum est, ac sine freno, in proprijs desyderijs uiuant. **H**ilocos adfectibus carnis prorsus oppositos, quasi
S ad

ad eos nihil spectarent, dimittūt, ut sunt hæc: **O**mnis exigenti abste, tribue. **P**ercutientem ne reperiatis, sed ei præbe & aliam maxillam. **T**olle tunicam, dimitte & pallium. **S**ubditi estote dominis. **R**eddate omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. **A**lios autem locos, quibus adferitur sancta fidelium libertas, sic capiunt, ut nihil minus quam ipsam libertatem uelint. ipsi enim sacre libertati iūctum est inseparabiliter, quod subiecti sint inuicem in **D**omino, & sibi pariter inseruiant. **N**on enim fiunt liberi, nisi ab his quæ præpediunt, ne **D**eī sermones impleantur. **S**umma: **F**iunt liberi ab oneribus & iussis, quæ impediūt spiritum, ut in ipsa spiritus libertate, se ipsos omnium seruos constituent. **S**ed nihil minus uolunt eiusmodi pseudofideles. **N**olunt uectigalia, tributa, & census, se ipsos crudelissime uindicant, **P**otestates à **D**eō constitutas spernunt, totos dies ac noctes ad comessationes & ebrietates sedent. **E**t si quid illis diuersum occurrerit, etiam ipsam ueritatem quam habere uidebantur, abijciunt. **N**onne id uidemus, cæsis nouissime compluribus, qui è præscriptis nonnulla tentabant? **E**n, dicunt, hoc fecit **E**uangelium, nobis annuntiatum. **O**bla sphemiam horrendissimam. **N**on ob **E**uangelium, sed quia **E**uangelio pure minime adqueuerunt, in tam grauiam mala decidere.

Porro, inter hos **P**rimores sunt, qui sine spiritu, uerbi sancti ministerio præfuerunt: qui, dum putarunt sibi ex eo ministerio

ministerio non nihil lucri, plus quam ante, accessurum, sic
 predicarunt, ut eos pro ardentissimis quispiam habere
 posset. At confestim, ut adest crux, nempe persecutio, mi-
 nia, pauperies, odium, exilia, flagella, mors, terrentur, de-
 ficiunt a Domino, predicant oppositum, non expaue-
 tes adserere, apostate maledicti, quod mendacia fuerint,
 quae antea predicarunt. Aedificarant prius non nihil,
 quod euertere non uerentur, restituant idola, excelsa, lu-
 cos, sacrificia, boatus, & omnem idololatriæ cultum, re-
 deuntq; ad uomitum canes: & ad lutum, porci: stercora,
 & perditiones Antichristi denuo adsumentes, et erigentes.

Veh uobis, execrabiles Propheta Baalim, & filij per-
 diti, qui pro toria panis, & pugillo ordei, ac uentre uestro
 impinguando, nutriendisq; sortis ac spurij, quicquid pla-
 cet carni, & sanguini, prophetatis, Dominum autem **IESV**
VM Christum, ac ueritatem eius abnegare non expaue-
 scitis, & seducitis populos multos mendacijs uestris. Veh
 uobis pseudoprophetae, qui, ut impleatis manticas uestras,
 ac uentres uestros farciatis, apostatatis a Domino **IESV**
Christo, & ad id tenditis, ut uniuersi ab illo apostatent.

De apostasia, & qui sint
 a Deo ueri apo-
 state.

C A P V T XI.

S 2 Apostatare

Apostatare, retro adspicere, retro abire, & à proposito deficere, sũt synonyma: Est aut̃ duplex apostasia: Prima, qua à malo cœpto: secũda, qua à re pia deficimus. Prima, est sancta, pia, felix, desyderabilis, & ad salutem necessaria: Secunda est prophana, impia, execrabilis, abominabilis, & nisi differre uelint, ab omnibus summe uitanda. Prima est, dum quis noscens se adgressum rem impiam, oppositam uerbo ueritatis, & libertati diuini spiritus, ut est, non se continenti, uouisse contra fas perpetuum cœlibatum, admisisse octosam & schismaticam Monasticen, sacrificasse, idola coluisse, indulgentias mendaces Antichristi amasse, inuocasse duos, fouisse scorta, male quicquam docuisse, in opera fiduciam habuisse, & illis iustificationem, quæ debetur soli fidei, tribuisse, ab eius modi omnibus, quæ male cœpit, Dei causa apostatat. Secunda est, dum quis Dei sermonibus adqueuit, aut illos docuit simpliciter, aut uixit secundum idem uerbum, contra dicens omnibus Antichristis, ac pietatis hostibus, & pseudoprophetis, ab eo quod bene cœperat, aut timore crucis, aut uana spe honoris, uel rerum sæculi huius, aut operum fiducia, in suum interitum deficit, & apostatat. Sic uere apostatant à Domino, qui à prædicatione uerbi Dei, ad annuñdandas hominum traditiones conuertuntur. Itidem, qui reiecto ipso uerbo, post hominũ iussa & doctrinas ambulat: quod uniuersi præ cunctis faciunt, qui Papæ decretis, sacerdotijs, Monachismo, & cæteris regni eius inuentis

tis

tis, se addicunt. Vere enim, quisquis admittit hodiernā mo-
 nasticen, aut sacerdotia, apostatat à Domino **IESV Chri-**
sto. De his loquor, qui sic istis se addixerunt, ut eorum in-
 stituta, etiam Dei uerbo obsistente, custodiant. Et uere om-
 nnes Monachorum sectæ, multa habent, quæ ex diametro
 aduersum Dei eloquia pugnant, sicut in nostris, in **Mon-**
achitarum regulam commentarijs, aperte docuimus et pro-
 bauimus. Idcirco omnes, qui **Monachismo** addicti sunt, ab
 eo deficere, et apostatare necesse est, ne sint apostatae à do-
 mino **IESV Christo.** Et ego libenter fateor, me idem fecis-
 se, imò et glorior, certissimus, quòd alioqui me manebat
 interitus sempiternus. Et ideo omnes commune facio, ut
 meum exemplum sequantur, sicut et tenentur, neq; expa-
 uescant, quòd ab Antichristi factione et amatoribus eius,
 uocentur apostatae, sed magis in hoc gloriètur in Domino.
 Nam et illis gloria est, propter Christum deficere ab An-
 tichristo, et uocari ob id apostatam, ab his qui à Domino
IESV Christo, ad Antichristum: et à ueritate, ad men-
 dacium defecerunt, qui soli ipsi, à domino apostatae sunt.
 Omnes quoq; qui ipsius Antichristi decretis hærent,
 ueri à Deo apostatae sunt. Impossibile nanq; est, illi si mul-
 et Christo acquiescere. Quisquis ergo saluus fieri cupit,
 adquiescat ueritati, et sanis consilijs Domini: apostatet
 ab hominum doctrinis et mandatis, quæ Dei eloquijs op-
 ponuntur, et amplectatur sanctissimam legem Dei. Sunt
 sanctissimi apostatae à regno perditionis, ne sint abomina-
 S 3 biles et

FRANC. LAMB. IN IONAM

biles & damnatissimi apostate à regno eterne salutis.

De Ionæ Prophetæ cantico, scilicet, quomodo
uero Ionæ Christo conueniat.

C A P V T X I I .

EX præscriptis liquet, quòd id quod Ionas fuit deglu-
titus à Cæto, typum gessit, mortis ac sepulture Chri-
sti. Proinde, oratio, uel canticum Ionæ, ipsi Christo
maxime congruit, quod paucis ostendemus, & id quidem
per uersus singulos eiusdem cantici.

Igitur uerus Ionas, Dominus Iesus Christus, dum pro-
ijceretur in mare, hoc est, morti à Iudeis traderetur, ora-
uit Dominum, ut homo, pro sua liberatione, & resurrecti-
one ex mortuis, & exauditus fuit pro sua reuerentia. He-
bræ. 5. Mortuus autem & sepultus Patrem magnificauit,
dicens: Clamaui de tribulatione mea, id est, cum tribularer.
Ad Dominum, Christus homo, Dominum Patrem uocat,
eo quod ob carnis infirmitatem maior illo sit. Ioan. 14. Verum
et ipse Christus, ut dei filius, unus cum Patre & S. spiritu
Dominus est: siquidem unum sunt. Ioan. 10. Et exaudiuit
me. Nihil enim tanto filio, tantus Pater & Dominus nega-
re potest. Proinde Ioan. 11. Christus ipse patrem deprecas,
ait: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem
sciebam, quòd semper me audis. Et ca. 12. cum orauit, di-
cens: Pater, serua me ex hac hora: Pater illustra nomen tu-
um, Pater respondit: Et illustraui, & rursus illustrabo.
O quam

O quam fidelis est hic aduocatus, qui semper exauditur. **Maledicti**, qui eum pro ceteris dimittunt. **Vnus** ergo, et idem solus est aduocatus noster, ac mediator dei et hominum, homo **Christus IESVS**. 1. Ioan. 2. 1. Tim. 2. et Heb. 8. 9. ac. 12.

De ventre inferi clamaui. i. posteaquam descendi ad inferos, et exaudisti uocem meam. **Venter** inferi, profundum eius est, uox autem **Christi**, orationis suae sinceritas et ardor est. **Et** proiecisti me in profundum, in corde maris, hoc est, in abyssum doloris et cruciatuum, quorum multitudo, haud secus atque flumen magnum, circumdedit me. **Sic** et capitur illud **Psalmi** 68. Intrauerunt aquae usque ad animam meam, infixus sum in limo profundi, et non est substantia. **Pater** autem est, qui pro nobis in hoc profundum filium proiecit, sicut ipse dicit. **Esa. 53.** Propter scelus populi mei percussus eum. **Omnes** gurgites tui, et fluctus tui, super me transierunt. **Mala** et poenae, gurgites et fluctus **Dei** appellatur, eo quod uoluntate sua illa mittat in quoslibet. **Nec** transierunt super **Christo**. **Recte** transierunt, quia ad modicum fuit in ipsis malis et morte. **Nam** in die tertio liberatus fuit a morte resurgens. **Hi** malorum fluctus et gurgites, super ueris fidelibus transeunt, et solum praetercunt, quae super impijs in inferno manebunt in sempiternum. **Et** ego **Christus**, inter tot mala, dixi: **Abiectus** sum a conspectu oculorum tuorum. **Deus** meus, **Deus** meus, tu dereliquisti me. **Psalmi** 21. **Matthaei** 27. et **Marci** 15. **Quasi** enim a **DOMINO** abiectus uidebatur, dum in tot malorum fluctibus esset.

FRANC. LAMB. IN IONAM

Neque possum eorum prorsus reprobare sententiam, qui humanitatem **CHRISTI** in tempus absque solatio derelictam scribunt, & adserunt, quod prescripti textus omnino uelle uidentur. Eius namq; humanitatis est hoc uerbum: **Deus meus, quare me dereliquisti.**

Veruntamen, fiduciam habeo in te, quod rursus à periculis liber fiam, & suscitatus, multo præclarior quam ante, nempe in carne immortalis, uidebo templum sanctum tuum, id est, Ecclesiam tuam, & eam consolabor. Apostolos namque & discipulos suos, in quibus maxime sua erat Ecclesia sua, per semetipsum, & uisibiliter, posteaquam à mortuis resurrexit, per dies quadraginta fuit consolatus. Actorum primo.

Circumdederunt me aque usque ad animam, abyssus uallauit me, abyssus operuit caput meum. Ad extrema montium descendi, terræ uectes concluderunt me in æternum. Næc omnia descensui CHRISTI ad inferos mire conueniunt. Et subleuabis de corruptione uitam meam, Domine Deus meus. Sensus est: Non fines me à morte absorberi, nec carnem meam corrumpi. Ad id est illud Psalmo. 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Cum angustiaretur in me anima mea, in pœnis, cruce, & morte, DOMINI recordatus sum, eum deprecans, ut ueniat oratio mea, ad templum sanctum tuum, id est, ad Deum. Ipse enim templum est ciuitatis dei. Apo. 21.

Qui custodiunt

Qui custodiunt uanitates, ut Iudæi rebelles, q̄ ne ab eis deficerent, me condemnarunt, misericordiam suam, quæ scilicet illis per me exhibebatur, frustra, id est, in suum interitum derelinquunt.

Ego autem, non ut illi carnalia aut uana custodire uolo, sed in uoce laudis, imolabo tibi, id est, laudabo te. **Q**uecunque uoui reddam, pro salute mea Domino. **Q**uid putas cum uouisse? **V**otum Christi, est decretum eius perpetuum, de Domini uoluntate implenda, à quo uoto nunquã defecit, sed etiam in amarissimis cruciatibus positus dixit: **N**õ mea uoluntas, sed tua fiat: **Matth.** 26. **Mar.** 14. et **Lu.** 22.

De eo quod Niniuite, non poterunt audire uerbum

Deï, nisi posteaquã tonam piscis in aridã uomuit.

CAPUT XIII.

Niniuite Assyrijerant, ideo typum gerunt omnium gentiũ. **A**d ipsas per **A**postolos & discipulos suos uerũ stonas, nempe **C**hristus uenit, dum uerbum eius ab illis audierunt. **S**ed quemadmodum, **I**onas **P**ropheta, non prius **N**iniuitis prædicauit, quã fuerit proiectus in mare, illumq; piscis glutierit, et in die tertio uomuerit,

FRANC. LAMB. IN IONAM

uouerit, sic iuxta Dei præfinitionem, non potuit Christi Euangelium, prædicari gentibus, nisi prius Christo, mortuo, sepulto, ac suscitato. Et quemadmodum, Israëlitis non adquiescentibus Ionæ prophetanti, ipse Ionas ad Niniuitas missus fuit, ita Dei uoluntate factum est, ut ipsis Israëlitis Dei sermonem repellentibus, seq̄ indignos ueritate iudicantibus Apostoli ad gentes conuerterentur.

Denique eidem sermoni, nemo puro corde hærebit, neq̄ illum ex animo audiet, nisi prius Christus illi, & mortuus et suscitatus fuerit, hoc est, fuerit ex fide, mortis ac resurrectionis eius factus particeps.

De eo quod Rex Niniue, mox ut audiuit sermonem Ionæ, surrexit de solio suo, & prædicari fecit ieiunium, Israëlitis uerbo contradicentibus.

C A P V T XIII.

Quia Rex Niniue Domino credidit, utilis fuit populo suo, dum eius exemplo ceteri à Deo illustrati resipuerunt, & misericordiam consecuti sunt. Qui nisi credidisset, tãto illis fuisset nocentior, quanto suo exemplo alios perdidisset. Conuersi autem fuerunt mox, ubi Israëlita uerbum Domini abominabantur. Quod & nostro seculo

stro seculo in Antichristis, qui pro maxime Christianis haberi uolunt, conspicimus. Vbi enim hi, qui pro peccatoribus habentur, uerbum impense diligunt, quotquot ad hanc hypocritarum factionem spectant, illi corde induratisimo aduersantur.

Ecce autem, quod Rex e gentibus, mox respuit, & Reges fidelium Christum persequuntur. Hi mox surgere deberent, e proprijs solijs, ut Christo gloriam darent, sed contra, nolunt eum regnare super se, aut populis suis. Sciunt autem id omnino necessum fore Christianis Principibus, ut se non nisi seruos Christi, ac ministros eius super populo suo esse sciant, ac sub eo, qui solus uerus Rex & Princeps fidelium est, regnent & principentur, legesque illius faciant omni sollicitudine custodiri. Vh reprobis Principibus, qui Deo ac Christo eius adsurgere nolunt. Nimirum, quemadmodum Rex Ninive fuisse omnino proiectus a regni solio, nisi ad respicientiam, a proprio solio surrexisset, ita qui sacratissimi Christi legibus aduersantur, oportune a suis sedibus abijcientur. Et iudicabit Rex Ninive in iudicio omnes hos Apostatas, et Schismaticos principes, quoniam mox conuersus fuit, et Domino credit, predicauitque ieiunium, ipsis Dei uerbum calcantibus & damnantibus. Verum et ante ipsum extremi iudicij diem, non dubitent, quod & proprium horrendae manus domini iudicium perferent, & eo quidem grauius, quo interim pro ueris fidelibus haberi uolunt. Hi sunt qui in fauorem Anti

rem Anti

FRANC. LAMB. IN IONAM

rem Antichristi, & Synagoge eius damnatissima, & Christum & sanctam Ecclesiam eius condemnant.

Vidi enim nouissime, edictum unum cuiusdam Principis, ex his q̄ Antichristi partes agunt, qui omnia iuxta ueritatem Dei, nunc aut scribuntur aut prædicantur, tanta crudelitate interdicit, ut non putem Neronem, Diocleianum, aut quæuis tyrannorum, magis desuisse in ueritate & Ecclesiam Christi, quàm in suo illo edicto fecit hic nouus tyrannus, & hostis Christi. In fine autem ipsius, quid putas eum posuisse, ut iustificet seipsum? Putasne, quod uel pilum quidē diuinis scriptis adsumserit? Nihil omnino. Sed pro ratione preemptoria, ita insanus homo conclusit. Quia sic nobis placet. O insaniam nullatenus ferendam. Quia ita placet oculis huius excæcatissimi uermiculi, uult interdicare uerbum Dei populo, super quo Dei uice minister positus est. Nonne ministrorum est facere, ut Dominorum iussiones impleantur? Sed in proximo est iudicium tuum, homo perdate, & nisi mox respueris, & te et tuos, sempiterna perditio manet. Quod autem tibi dicimus, oēs qui tuam insaniam imitātur, sibi dictum non dubitent.

Quid faciet populus, ubi principes
& magistratus, Dei sermoni
bus contradicunt.

C A P V T

XV.

Obedicendum

Obediendum est Principibus, etiam Dyscolis, sed
 non nisi in Christo **IES V.** Ergo in his quæ Do-
 mini **IES V** Christi legibus aduersariur, est nulla
 tenus adquiescendum. ideo obserua, quod si fidelis uiuit in
 terris Principum infidelium, & qui non habentur pro fi-
 delibus, etiam si eum mori opus sit, seruare debet legem
 Domini, orans pro conuersione & salute eorum. Si autē
 Princeps habetur pro fidei, & fratre, id est, Christianus
 nominatur, et non uult adquiescere sanis sermonibus Do-
 mini, sed uult ut populus cui præest, contemptis Domini
IES V Christi legibus, Antichristo cohereat, tum cōgre-
 gari debet fidelium Ecclesia, & illum sicut fratrem (fra-
 ter nāq; uocatur, etiā si corā Domino sit minime) commo-
 nesacere, ut respiscat. Nimirū ut frater, Ecclesie iudicio
 et uerbo Dei, secundum quod solū iudicat, est subiectus.
 Quod si conuenit, est ab omnibus habendus sicut ethnicus,
 & fugienda est omnino conuersatio eius, ut de criminosis
Paulus ait. 1. Corin. 5. Nōne etiam hæcenus multis Syno-
 dis fuit definitum, filium perditū, sede imperij sui priuā-
 dū, si hæreticus conuinceretur? Quod si fieret, et de ipso,
 & de uniuersis Principibus, qui pro fratribus, id est, Chri-
 stianis habentur, damnare minime possemus. Ecclesia enī
 tota, cuiuslibet regionis, in omnes filios suos habet ex Dei
 uerbo potestatem, cuius filij sunt omnes Christiani, etiam
 Reges & quicunq; Principes. Ergo dū causa subest, hoc
 est, dum non uult Dei sermonem seruare, neq; seruari à
 populo suo.

FRANC. LAMB. IN IONAM

populo suo, potest à tota Ecclesia separari in tempus, & si obstinatus est, amoueri.

Audiu quosdam, certe perperam dicentes, quod dum Principes aut alij è fidelibus, aliter uiuunt quàm oporteat Christianos, non iam fratres sunt, et ideo sicut cum meris gentibus, est cum illis conuersandum. Sed salua eorum pace, non est ita. Frustra enim Paulus. 1. Corin. 5. iussisset separari à fidelium reliquorum conuersatione, criminosos, qui fratres, id est, Christiani nominabantur, si uolebat cum eis conuersari, quasi cum Ethnicis & Gentibus. At de his alibi plura.

Nemo tamen putet ex præscriptis, quòd dicam exercitum congregandum, aut arma sumenda, ut separetur, aut excommunicetur pseudochristianus Princeps. Nam ubi tota Ecclesia fratrum, id est, Christianorum, non conueniret in idem, & non possent christiana excommunicatione, compescere insaniam principum huiusmodi, tum uiderit fidelium quisque, ut quantum ad eum spectat, uitet eorum communionem, & ne propter eos, deficiat ab eloquijs Dei altissimi. Si quid præcipiunt, & nõ aduersatur uerbo Dei, illis pareant, & tributa reddant, sed alioqui nihil habeant commune cum eis. Absit autem, ut dicam eos proinde gladios aut arma sumere posse, in hanc rem. Arma quippe militie nostræ non sunt carnalia. Veh uel adulatoribus Principum, qui eos primum, & per eos demum, omnes populos illis subiectos perdunt. Sed potens es domine,

es DOMINE, & ueritas tua in circuitu tuo.
Dissipa omnes conuentus hostium tuorum, ut ubi-
que regnet ueritas tua, & fiat regnum
huius mundi tuum, ac Christi tui in
sempiternum
Amen.

Commentariorum Francisci Lamberti
Auenionensis in librum Iona
Prophetæ, ac Allego-
riarum in eun-
dem,

FINIS.

ARGENTORATI APVD IO-
HANNEM HERVAGIUM
MENSE IVNIO AN.
M. D. XXV.









Th
137